
PRO SCIENTIA ATQUE SALUTE POPULI QUE
LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
Special Book Fund
1910
September 1897
R. W. Gibson Invt

ENUMERATIO PLANTARUM FLORÆ DANICÆ,

ID EST

SPONTE NASCENTIUM

IN REGNIS

DANIÆ ET NORVEGIÆ;

DUCATIBUS

SLESVICI ET HOLSATIÆ;

COMITATIBUS

OLDENBURGI ET DELMENHORSTIÆ.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

AUCTORE

GEORGIO CHRISTIANO OEDER,

M. D. Prof. Reg. Bot.

HAFNIÆ,

Sumptibus HEINECK & FABER.

Typis CL. PHILIBERT.

M DCC LXX.

.D4
.032

CRYPTANTHERÆ.

Præmittimus hanc partem *Enumerationis plantarum Floræ Danicæ* eorum in gratiam, qui Cryptantherarum examine delectantur, hacque avulsa parte, quasi proprio libello, separatim compacto, ad excursiones harum plantarum causſa instituendas commodo, uti volent. Cæterum reliquæ classes, cum præfatione, intra annum sequentur.

Hafniæ, Jan. 1770.

G. C. OEDER.

Menda typographica.

Pag. 4. lin. 28. pluribus *lege* compluribus.
— 5. l. 4. imperfectos *lege* imperfectas.
— 6. l. 5. 1226. *lege* 1229.
l. 6. 1227. *lege* 1230.
— 8. l. 10. Marsilæa *lege* Marsilea.
— 16. l. 15. t. 7. *lege* t. 8.
ad n. 104. F. fastigiatus *adde* Fl. Dan. t. 393.
— 22. l. 15. acervulæ *lege* acervuli.
— 24. ad n. 213. L. candelarius *adde* cf. 222. 376.
— 25. l. 31. f. III. *lege* f. 111.
— 33. ad n. 373. *adde* Dill. t. 24. f. 71.
— 41. l. 11. f. 5. *lege* f. 2.
l. 25. H. 1875. *lege* H. 1875?
l. 28. 1878. *lege* 1878?
— 43. l. 2. 369. *lege* 359.
— 47. l. ult. 464. *lege* 467.
— 48. l. 23. Spæria *lege* Sphæria.
— 52. l. 3. ante fin, 571. *lege* 572.
ib. 572—579. *lege* 573—577.
— 54. l. 5. t. 469. *lege* 469. 1.
— 61. virgula inter 679 & 680. debebat esse inter 678 & 679.
— 62. virgula inter 687 & 688. debebat esse inter 686 & 687.
— 63. l. 4. ante finem, percutem *lege* per cutem.
— 90. l. 24. & 26. Sphærulis pedicellatis *lege* Sphærulæ pedicellatæ.

CLASSES

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

CLASSES REGNI VEGETABILIS.

A. Cryptantheræ. His fructificatio eſt ſine ſtaminibus ſtylisve manifeſtis, ut ſi quæ adſint partes æmulæ genitalium, ambigua tamen ea ſimilitudo ſit, neque extra litem poſita.

Ponitur itaque hæc prima claſſis ex oppoſito ſeptem ſequentium Claſſium *B—H.*

B. Monocotyledones. His ex ſemine ſolido nec bipartibili progerminat folium acuminatum, folia autem fibris contexta ſunt parallelis nec anaſtomoſes retiformes formantibus, qua nota omni tempore dignoſcuntur.

Oppoſita eſt hæc claſſis ſequentibus ſex claſſibus.

C. Amentaceæ, &

D. Incompletæ. His partes genitales aut plane nudæ ſunt aut perianthio ſimplici contectæ, nec calyce corollave ſimul.

Opponuntur adeo hæ duæ claſſes *C. D.* ſequentibus quator claſſibus *E—H,* in quibus & Calyx & Corolla ſimul præſentes conſpiciuntur.

OCT 15 1910

E. Calycicarpæ. His Flos eſt ſuperus, ita quidem ut Corolla ſtaminaque inſideant germinis apici, calyx autem fructum contineat ventre ſuo, undique ipſi adnatus coalitusque, & limbo ſolum ſupra germinis apicem in quibusdam eminens, qui limbus ubi in aliis deeſt, calyx plane nullus videtur.

Opponitur tribus ſequentibus claſſibus *F—H.*

F. Calycanthemæ. In his corolla, polypetala ſemper, una cum ſtaminibus innaſcitur calyci.

Etiam hæc opponitur ultimis claſſibus *G. H,* in quibus ovarium centrum occupans cingitur corolla calyceve, inter ſe diſcretis concentricisque, ab utrisque liberum, ſtaminibus nunc corollæ innatis, nunc receptaculo fructus. Componunt autem claſſem

G. Monopetalæ.

H. Polypetalæ.

A. 1—1239. Cryptantheræ.

Cum in reliquis classibus *B—H.* propagationis modus sexusque in staminibus & pistillis consistens, nostro quidem tempore extra litem positi sint; superest in hac prima classe etiamnum summa ambiguitas sententiarum, de plantarum in hanc classem pertinentium generatione, quippe multa obscuritate involuta, in qua ambiguitate, donec clarius patebit generum nonnullorum analogia cum reliquis regni vegetabilis provinciis, & procreationis similitudo, satius putamus tacere de re dubia, sexu, qui quibus in partibus positus sit affirmari non potest. In tanta generationis obscuritate, structuræque varietate non licet definire hanc classem, nisi per negationes, monendo scilicet: in multis ad eam pertinentibus plantis fructificationis plane nullum vestigium conspici, & quæ in aliis apparet fructificationis species, ejus quam florum nomine appellamus, dissimillimam esse, in multis deesse nunc hanc nunc illam primariarum partium structuræ vegetabilis, sive radicem, sive truncum, sive folia, sive florem, aut si adfuerint confluere cum alia parte, neque satis invicem distinctas esse, atque omnino desiderari totam istam plantis communem faciem habitumque.

Tyronibus suademus, ut ad hanc classem non accedant, nisi jam probe imbuti cognitione reliquarum classium naturalium, ut perspectam habentes solitam plantarum structuram, cum ea comparando anomolam harum cryptantherarum fabricam intelligant.

Hinc est quod optemus, ut Botanici, cum plantas suas describunt, structuram earum simpliciter talem, qualis

oculis patet exponere velint, excluſis ſuis phyſiologicis opinionibus de partium uſu, velintque verbis uti terminisque formæ cuilibet congruis adaptatisque, & ſicubi aptis verbis lingua carere videtur, effingere nouos terminos technicos, & dicare cuilibet claſſi ſuos, potius quam per totum regnum vegetabile extendere eorum terminorum technicorum applicationem, quibus tum ſolum mos fasque eſt uti, cum de plantis perfectis & fructificationis toto ſolito apparatu inſtructis ſermo eſt. Nempe cum cavendum ſit, ne analogiæ juſtos fines excedamus, metus etiam eſt, ne tales termini improprii ad analogiæ minus juſtæ ductum ultra tertium, quod vocant, comparationis manifeſtum ſolitumque protenſi excedant etiam tyronum certe captum, reddantque obſcuram rem etiam obſcuriorem.

Alia in hac claſſe difficultas non ſolum tyronibus ſed & magiſtris moleſta eſt, definiendi limites ſpecierum & varietatum, cum in tanta obſcuritate generationis non liceat, quod plerumque in reliquis plantis licet, inſtitutis pro lubitu experimentis, videre ſuccreſcentem ſub oculis ſobolem.

Suadendum itaque eſt in hac præ reliquis claſſe, id quod per totum regnum vegetabile conſultum putamus, ut ne ſimus nimis in admittendis ſpeciebus difficiles, ſed potius locum varietatibus dubiis inter veras ſpecies concedamus tantisper, metu delendi e rerum creatarum numero veras ſpecies, atque perpendentes eam demum commodiſſimam viam videri ad tollenda de pluribus dubia, & ad verarum ſpecierum determinationem, ſi eas quæ videntur varietates & eas quæ perhibentur ſpecies non ſinamus præfeſtinanter confundi, ſed potius ſollicite eas diſcernamus. Penes nos non eſt, uti jam monuimus, harum plantarum procreatio pro lubitu producenda, nec naſcuntur præſtoque ſub oculis & ad manus ſunt per totum incrementi vitæque decurſum, in diverſis autem durationis & evolutionis ſtadiis varias induunt formas multum ſui diſſimiles, adeo ut Botanici eandem plantam deſcribentes ſed variis & ſingulis quisque ſtadiis, poſſint ſibi aliisque videri de totidem

totidem diverſis plantis loqui, hincque fit, ut is demum qui commodam occaſionem nactus in eandem plantam per ejus diverſa ſtadia ita ut ſibi ſuccedunt, inquirit, aliorum imperfectos & ad ſingulares tantum periodos quadrantes deſcriptiones comparando, ſi quidem rite diſtinctas traditasque ſub oculis habet, hiſtoriam ejus plantæ in plenam lucem ponere poſſit, in æternis tenebris, id ni fiat, manſuram.

Has ob cauſſas, ſatis ni fallor juſtas, inſerui in hunc danicarum plantarum catalogum, in nonnullis hujus claſſis familiis non ſolum ex Linnæano Pinace omnes Europæ ſeptentrionalis incolas, ſed & omnes Hallerianas & Hudſonianas ſpecies, quippe quas quoad maximam partem etiam in terris Danicis aut creſcere compertum, aut inventum iri probabilis ſpes eſt, & quas hoc loco collectas videre juvabit eos inter noſtrates naturæ ſcrutatores, qui hanc in claſſem ex profeſſo inquirere amant. In hac ſpe ulterioris examinis, quod rationes in præfatione indicatæ hactenus nondum mihi ipſi permiſerunt votis ſufficiens, nolui in hac quidem claſſe certas cives ab iis quas probabile eſt olim forte in cenſum receptum iri, adjecta ſolita nota diſtinguere.

Diviſio hujus Claſſis *A.*

AA. 1—478. Filamentoſæ & cruſtaceæ. Algæ L.
AB. 479—908. Fungi.
AC. 909—1185. Muſci.
AD. 1186—1226. Filices.
AE. 1227—1239. Appendix generum anomalorum.

Familiæ.

Sub *AA.* *A.* 1—36. Byſſus.
B. 37—82. Conferva.
C. 83—97. Ulva.
D. 98—176. Fucus.
E. 177—191. Tremella.
F. 192—422. Lichen.
G. 423—478. Hepaticæ. *Adanſ.* Riccia. 423—429. Blaſia. 430. Targionia. 431. Anthoceros. 432—434. Marchantia. 435—440. Jungermannia. 441—478.

Sub *AB.* *A.* 479—507. 551—558. Mucidæ. Mucilago H. 479—482. Fuligo H. 483—485. Embolus H. 486—488. Botrytis H. 489—491. Aſpergillus H. 492—497. Lycogala H. 498—502. Mucor H. 503—507. Mucor L. 551—558.
B. 508—529. Fungi poriferi. Sphæria H. 508—523. Puccinia H. 524—527. Ceratoſpermum H. 528. 529.

C. 530—

C. 530—550. 559—564. Fungi globosi. Trichia H. 530—541. Lycoperdon H. & L. 542—550. Lycoperdon L. 559—564.

D. 565—579. Clavaria H. & L.

E. 580—581. Cyathus. H.

F. 582—635. 642—645. Fungi plicosi. Peziza H. 582—611. Agaricum. H. 612—634. Boletus H. 635. Peziza L. 642—644. Elvela L. 645.

G. 636—641. 646. Fungi venosi. Phallus L. 636. 637. Merulius H. 638—641. Clathrus L. 646.

H. 647—657. Echinus H. Hydnum L.

I. 658—710. Polyporus H. Boletus L.

K. 711—908. Amanita H. Agaricus L.

Sub *AC.* *A.* 909—951. Hypnum.

B. 952—955. Fontinalis.

C. 956—1010. Bryum. 956—1006. Phascum L. 1007—1010.

D. 1011—1013. Sphagnum.

E. 1014—1020. Polytrichum.

F. 1021—1025. Musci ampullacei. Splachnum L. 1021—1024. Buxbaumia. 1025.

G. 1026—1042. Mnium.

H. 1043—1050. Lycopodium.

I. 1051—1054. Sphagnum H.

K. 1055—1123. Hypnum H.

L. 1124—1160. Bryum. H.

M. 1161—1182. Mnium H.

N. 1183—1185. Appendix.

Sub *AD*. *A*. 1186. Ophioglossum.
B. 1187. 1188. Filices racemiferæ. Osmunda L.
C. 1189. 1190. Filices heterophyllæ.
D. 1191. Acrostichum.
E. 1192—1198. Asplenium.
F. 1199. Pteris.
G. 1200—1225. Polypodium.
H. 1226.1227. Adianthum.
I. 1228. 1229. Trichomanes.
Sub *AE*. *A*. 1230. Marsilæa.
B. 1231. Pilularia.
C. 1232. Isoëtes.
D. 1233—1239. Equisetum.

AAA. 1—36. Byſſus L. Lichenes H. 2081—2100. Byſſus H. 2101—2108.

Conſtat pulverulenta lanugine, adhærente variis corporibus, ſiccis fluidisque, ſive inorganica ſine contextu & particularum ſitu determinato, ſive organica in certas lineas & floccoſas formas diſpoſita.

Lichenes, quos huc referimus, Halleriani, ſecundum ſummi viri obſervationes inorganicam ſtructuram habent, *Byſſi* organicam, hæque, omnes terreſtres, eo ſolo diſcrimine ſeparantur a *Confervis* mere aquaticis.

Byſſi L. 1—13. pulverulentæ 1—7. filamentoſæ 8—13.

1. *Byſſus antiquitatis;* atra. *In muris antiquis.* H. 2081.
2. *B. ſaxatilis;* cinerea; *rupes operiens.*
3. *B. Jolithos;* ſanguinea; *ſaxis innaſcens.* H. 2090. Mich. t. 89. f. 3.
4. *B. candelaris;* flava; *lignis adnaſcens.* H. 2096. Dill. t. 1. f. 4.
5. *B. botryoides;* viridis; *in humo uda & ollis hortulanorum.* H. 2089. Dill. t. 1. f. 5.
6. *B. incana;* incana, farinæ inſtar ſtrata. *H.* 2094. *Dill. t. 1. f.* 3.
7. *B. lactea;* pulverulento-cruſtacea, albiſſima. *H.* 2093. *Dill. t.* 1. *f.* 2.

---

8. *B. flos aquæ;* filamentis plumoſis natantibus. *H.* 2113. *Dill. t.* 1. *f.* 1.
9. *B. cancellata;* filis exacte undique cancellata. *In aqua dulci.* Ledermull. Microſc. t. 72.
10. *B. phoſphorea;* lanuginoſa, violacea; *lignis adnaſcens.* Dill. t. 1. f. 6.
11. *B. velutina;* capillacea viridis, filamentis ramoſis. *H.* 2101. *Dill. t.* 1. *f.* 14.
12. *B. aurea;* capillacea pulverulenta, fructificationibus ſparſis, filamentis ſimplicibus ramoſisque. *H.* 2106. *Dill. t.* 1. *f.* 16.
13. *B. cryptarum;* capillacea, perennis, cinerea, tenax; *rupi innata.* Dill. t. 1. f. 20?

Byſſi *Hudſ.* filamentoſæ 14—17.

14. *B. nigra;* filamentis ramoſis rigidis atris; *ſaxis adnaſcens.*
15. *B. fulva;* filamentis ramoſis fulvis. *In lignis putridis.* Dill. t. 1. f. 17.

16. *B. barbata;* filamentis erectis, summitatibus ramosis. *In lignis putrescentibus.* Dill. t. 1. f. 19.
17. *B. candida;* filamentis ramosissimis, ramis fasciculatis albidis. *In lignis & foliis putrescentibus.* Dill. t. 1. f. 15.

Lichenes H. 18—30.

18. H. 2082. Lichen minimus, atrocinereus, villosus. *In ligno.*
19. H. 2083. L. nigerrimus, asper. *In cortice arborum.* Dill. t. 18. f. 2.?
20. H. 2084. L. crusta continua aterrima, globulis subrotundis. *In cortice arborum.*
21. H. 2085. L. archipelagius. *In saxo.*
22. H. 2087. L. verrucosus cinereus, orbiculis villosis flavescentibus. *In ligno putrido.*
23. H. 2088. L. crustaceus tenax, verrucosus, subcinereus.
24. H. 2091. L. crustaceus rimosus, verrucosus, cinereus. *In cortice.*
25. H. 2092. L. farinaceus, mollis, albicans, villis efflorescens. *Late per terram.*
26. H. 2095. L. farinosus arboreus candicans. *Mich. t. 53. f. 7.*
27. H. 2097. L. crusta viridissima. *Dill. t. 1. f. 8.*
28. H. 2098. L. crusta cinnabarina. *In corticibus.*
29. H. 2099. L. læte purpureus latissimis crustis & tenuissimis. *In lignis putridis.*
30. H. 2100. L. omnium tenuissimus, late sparsus, læte purpurascens. *In fungis putrescentibus.*

Byssi H. 31—36.

31. H. 2102. Byssus cœrulea, cæspitosa, crispa. *Ad rupes fabulosas.* Mich. t. 90. f. 8.
32. H. 2103. B. spadicea crispa. *Ad rupes fabulosas.* Mich. t. 90. f. 4.
33. H. 2104. B. nigra velutina. *In saxis.* Dill. t. 1. f. 18.
34. H. 2105. B. rupestris aurantia.
35. H. 2107. B. longissima, filamentis ramosis cervinis. *In fungis putridis.*
36. H. 2108. B. longissima, tenerrima, nivea. *In cuniculis subterraneis.* Dill. t. 1. f. 9.

AAB. 37—82. Conferva L. H. 2109—2124.

Hæ mere aquaticæ plantæ substantia gaudent quam quæ Byssis est firmiore, nec in pulverem satiscente. In aliis videas teretes, æquales fibras, unius tenoris, sive simpli-

ſimplices, ſive ramoſas, ſive rete formantes; in aliis nodoſas moniliformes, in aliis alio modo articulatas geniculatasque. Fructificationes nuper detexit celeberrimus *Ellis* in Act. Angl. Vol. LVII. p. 424. ſeq.

Confervæ L. 37—46. 53—63. Hudſ. 47—52. 64—73.

Fibræ æquales ſimplices. 37 38. Æquales ramoſæ. 39—52. Retiformes. 53. Nodoſæ. 54. 55. Articulatæ & geniculatæ. 56—73. Glomeratæ. 61—63. In aqua dulci. 37—41. 44. 47. 49. 53—56. 61—63. 74—82. Marinæ. 42. 43. 45. 46. 48. 50—52. 57—60. 64—73.

37. *Conferva rivularis*, filamentis ſimpliciſſimis æqualibus longiſſimis. *H.* 2115. *Dill. t.* 2. *f.* 3.
38. *C. fontinalis*, filamentis ſimpliciſſimis, æqualibus, digito brevioribus. *Dill. t.* 2. *f.* 3.

---

39. *C. bulloſa*, filamentis æqualibus, ramoſis, bullas aëreas includens. H. 2120. *Dill. t.* 3. *f.* 11.
40. *C. canalicularis*, filamentis æqualibus baſin verſus ramoſioribus. H. 2118. *Dill. t.* 4. *f.* 15.
41. *C. amphibia*, filamentis æqualibus ramoſis, exſiccatione coëuntibus in aculeos. *Dill. t.* 4. *f.* 17.
42. *C. littoralis*, filamentis æqualibus, ramoſiſſimis, elongatis, ſcabriuſculis. *Dill. t.* 4. *f.* 19.
43. *C. æruginoſa*, filamentis ramoſis, mollibus, digito brevioribus viridiſſimis. *Dill. t.* 4. *f.* 20.
44. *C. dichotoma*, filamentis æqualibus, dichotomis. H. 2117. *Dill. t.* 3. *f.* 9.
45. *C. ſcoparia*, filamentis proliferis, faſtigiatis, hirtis. *Dill. t.* 4. *f.* 23.
46. *C. cancellata*, filis ramoſis, filamentis alternis, brevibus, multipartitis, digitatis. *Dill.* t. 4. f. 22.

---

47. *C. furcata*, filamentis æqualibus, extremitatibus ramoſis, ramis ſubſimplicibus. *Dill.* t. 2. f. 6.
48. *C. fæniculacea*, filamentis æqualibus, ramoſiſſimis, ramis ramulisque longiſſimis ſparſis. *Dill.* t. 2. f. 8.
49. *C. rigida*, filamentis æqualibus ramoſiſſimis, ramulis breviſſimis alternis. *Dill.* t. 4. f. 16.

50. *C. tomentosa*, filamentis æqualibus ramosissimis, ramis simplicibus confertis, fuscis. *Dill. t.* 3. *f.* 12.
51. *C. spongiosa*, filamentis ramosis æqualibus, ramulis simplicibus imbricatis. *Morif. III. f.* 15. *t.* 9. *f.* 6. 7. cf. 150. 168.
52. *C. nigra*, filamentis æqualibus, ramosis, fasciculatis, brevissimis.

---

53. *C. reticulata*, filamentis reticulatim coadunatis. *H.* 2119. *Dill. t.* 4. *f.* 14.

---

54. *C. fluviatilis*, filis simplicissimis, setiformibus, rectis; geniculis crassioribus angulatis. *Dill. t.* 7. *f.* 47.
55. *C. gelatinosa*, filis ramosis moniliformibus; articulis globosis, gelatinosis. *H.* 2124. *Dill. t.* 7. *f.* 42.

---

56. *C. capillaris*, filis geniculatis simplicibus: articulis alternatim compressis. *Dill. t.* 5. *f.* 25.
57. *C. corallinoides*, filis geniculatis, dichotomis. *Dill. t.* 6. *f.* 36.
58. *C. catenata*, filis geniculatis, articulis cylindricis. *Dill. t.* 5. *f.* 27.
59. *C. polymorpha*, filamentis geniculatis, ramis fasciculatis. *Dill. t.* 6. *f.* 35. *Fl. Dan. t.* 395.
60. *C. vagabunda*, filamentis geniculatis, flexuosis, ramis ramulisque brevioribus. *Dill. t.* 5. *f.* 32.

---

61. *C. glomerata*, filamentis geniculatis, ramulis brevioribus multifidis. *Dill. t.* 5. *f.* 31.
62. *C. rupestris*, filamentis geniculatis ramosissimis, viridibus. *Dill. t.* 5. *f.* 29.
63. *C. ægagropila*, filamentis geniculatis ramosissimis e centro confertissimis globum constituentibus.

---

64. *C. tubulosa*, filis geniculatis ramosis, articulis alternatim compressis. *Dill. t.* 6. *f.* 39. cf. n. 87.
65. *C. pellucida*, filamentis geniculatis ramosissimis, articulis cylindricis, ramis oppositis.
66. *C. elongata*, filamentis geniculatis ramosissimis, ramulis longissimis, distantibus, acutis. *Dill. t.* 6. *f.* 38.

67.

67. *C. fulva*, filamentis geniculatis ramoſis, ramis ramulisque breviſſimis, alternis.
68. *C. plicata*, filis geniculatis ramoſis, filamentis ramoſiſſimis implexis. Dill. t. 6. f. 19.
69. *C. ſericea*, filamentis geniculatis ramoſis, ramis faſciculatis confertis viridibus. Dill. t. 5. f. 33.
70. *C. fucoides*, filamentis geniculatis ramoſiſſimis, ramulis multifidis, faſciculatisque.
71. *C. fuſca*, filamentis geniculatis ramoſiſſimis, ramulis alternis ſimplicibus.
72. *C. pennata*, filamentis geniculatis ramoſis, ramis duplicato pinnatis fuſcis.
73. *C. paraſitica*, filis geniculatis pinnatis.

---

74. H. 2109. C. pollinea purpurea aquæ innaſcens. *Linn. it. Weſtg. p.* 14.
75. H. 2110. C. pollinea globoſa gelatinoſa.
76. H. 2111. C. cruſtacea gelatinoſa. *In alveis fontium ſalſæ.*
77. H. 2112. C. natatilis tenuiſſima, iridis coloribus.
78. H. 2114. C. cæſpitoſa, filis rectis, undique divergentibus. *Dill. t.* 2. *f.* 3. *Mich. p.* 89. *f.* 8. 10. 11.
79. H. 2116. C. filamentis ſimpliciſſimis duriuſculis. *Dill. t.* 2. *f.* 2.
80. H. 2121. C. cruſta continua, pellicea, filis planis ſtipatis.
81. H. 2122. C. foliis craſſiuſculis rigidioribus ſubarticulatis. *Dill. t.* 4. *f.* 16.
82. H. 2123. C. coriacea obſcura. Dill. t. 10. f. 17.

MONITUM.

Hic foret locus generis *Spongiæ*, quod etiamnum in decima editione ſui Syſtematis Naturæ Ill. Linnæus ad regnum vegetabile referebat, a nuperioribus ſecundum obſervationes accuratiores in regnum animale inter alia *Zoophyta* tranſlatum. Et hæc quidem ambigua Zoophyta, *Spongias*, *Gorgonias* & *Alcyoniorum* partem ſpatio parcentes hoc in libro Zoologis lubenter relinquimus, etſi duplicem conſiderationem mereantur, cum ſtructuræ ſuæ vegetabilis, tum animalis, ita quidem, ut pars vegetabilis ob majorem durabilitatem & ad Characteres diagnoſticos aptitudinem

dinem præferenda videatur parti animali, in compluribus etiam ſpeciebus dubium ſuperſit, an cum incolis domus, quæ hoſpitium ipſis præbet, jure ad animale regnum amandetur.

AAC. 83—97. Ulva L.

Conſtant membrana ſubſericea tranſparente nunc in planitiem expanſa, varie plicata & ſecta, nunc in tubulos aut veſicas occluſas convoluta.

Aquæ dulcis incolæ ſunt 85. 92. 93. reliquæ marinæ.

Ulvæ L. 83—93.

83. *Ulva pavonia;* plana reniformis ſeſſilis decuſſatim ſtriata. *Fucus pavonius* Sp. pl. 1630. Ellis Cor. t. 33. F. C. cf. n. 127.
84. *U. umbilicalis;* plana orbicularis ſeſſilis peltata coriacea. *Ström.* II. 121. *Dill.* t. 8. f. 3.
85. *U. inteſtinalis;* tubuloſa ſimplex. H. 2128. *Dill.* t. 9. f. 7.
86. *U. compreſſa;* tubuloſa ramoſa compreſſa. *Dill.* t. 9. f. 8.
87. *U. confervoides;* filiformis articulata, articulis alternatim compreſſis. *Dill.* t. 6. f. 39. cf. n. 64.
88. *U. latiſſima;* oblonga plana, undulata, membranacea viridis.
89. *U. lactuca;* palmata prolifera membranacea, ramentis inferne anguſtatis. *Dill.* t. 8. f. 1.
90. *U. lanceolata;* lanceolata plana. *Dill.* t. 9. f. 5.
91. *U. linza;* fronde oblonga bullata. *Dill.* t. 9. f. 6.
92. *U. pruniformis;* ſubgloboſa ſolitaria, intus ſucculenta.
93. *U. granulata;* globoſa farcta viridis. *Dill.* t. 10. f. 17.

Ulvæ Hudſ. 94—96.

94. *U. articulata;* tubuloſa ramoſiſſima articulata, articulis cylindricis, ramis oppoſitis.
95. *U. ramoſa;* fronde ramoſa plana undulata purpurea.
96. *U. dichotoma;* fronde dichotoma viridi.
97. *U. ſobolifera;* Fl. Dan. t. 356. coriacea ſimplex tubuloſa erecta rubra, undique appendiculata.

AAD. 98—175. Fucus.

Plantæ ſunt marinæ ſubſtantia coriacea. Fructificatio, quæ ad diviſiones ampli generis non ſufficit, nec commodos characteres præbet, in variis varia, in multis plane nulla conſpicitur. Potiores ejus ſpecies, quæ oculis patent ſunt duplicis generis nodi, alii *veſicarum* forma cavarum, extus lævium, aut verrucoſarum, intus fibrillis quibuſdam celluloſis laxis repletarum, quas nonnulli auctores filamentorum maſculinorum analogas immerito crediderunt, alii *tuberculorum* gelatinoſorum, ſuperficie nunc lævi, nunc inæquali punctis papilloſis porisque, e quibus ſubinde granula ſeminum æmula pullulare videas. Alias fructificationem quandam ſimulantes particulas hoc loco brevitatis ſtudioſi præterimus.

Hæc præ aliis familia eget illuſtratione ope figurarum, cum certæ ſpecierum definitioni multæ ſeſe opponant difficultates, & ſynonymorum difficilis comparatio reddatur etiam difficilior mira quadam diverſitate terminorum, quibus in deſcribendis his plantis auctores utuntur.

Typus examinis ulterioris inſtituendi.

Membranacei, conſtantes expanſione membranacea ſine caule.
Alati, caule medium folium tranſcurrente.
Frondoſi, præditi foliis a caule diverſis ſeparatisque.
Aphylli vagi, partitione caulis & ramorum ſitu indeterminatis.
Aphylli dichotomi.
Virgati arbuſculæ forma.
Capillacei.
Filiformes.
Veſiculoſo-tuberculoſi, utriusque generis nodis præditi.
Veſiculoſi, tuberculis carentes.
Tuberculoſi, veſicis carentes.
Anomali, fructificatione varia, a veſicis tuberculisque diverſa.
Steriles, fructificationis nullo veſtigio.

Fuci Hudſ. 98—142.

Dichotomi frondeſcentes. 98—103.

98. *Fucus ſerratus* L., planus dichotomus ſerratus, ad apices tuberculatus. *Morif. III. ſ.* 15. *t.* 9. *f.* 1.

99. *F. veſiculoſus* L., dichotomus integer, caule medium folium tranſcurrente, veſiculis verrucoſis terminalibus. *Lobel. ic.* 2. *p.* 252. *Ruſſel de tabe glandulari. tab.*

100. *F. ceranoides* L., dichotomus planus integer, apicibus bifidis veſiculoſis. *Morif. III. ſ.* 15. *t.* 8. *f.* 13.

101. *F. ſpiralis* L., dichotomus integer, caule folium percurrente, inferne nudo, veſiculis verrucoſis terminalibus. *Fl. D. t.* 286.

102. *F. divaricatus* L., membranaceus linearis dichotomus divaricatus integer; ramificationibus veſiculoſis. *Morif. t.* 7. *f.* 5.

103. *F. lincaris* L., dichotomus planus linearis acutus, veſiculis ovatis, ſparſis. cf. 146. 147. 167.

Dichotomi cauleſcentes. 104—106.

104. *F. faſtigiatus* L., dichotomus teres uniformis faſtigiatus, veſiculis terminalibus bifidis. *Morif. t.* 9. *f.* 9.

105. *F. exciſus* L., dichotomus linearis excavatus, axillis divaricatis. *Morif. t.* 8. *f.* 11.

106. *F. nodoſus* L., compreſſus dichotomus medio ramorum in veſiculam dilatato. *Fl. Dan. t.* 146.

Ramoſi foliis diſtinctis.

107. *F. ovatus* L., caule teretiuſculo compreſſo, foliis oblongis integerrimis.

Ramoſi fronde unita. 108—113.

108. *F. ſiliquoſus* L., teres ramoſiſſimus, pedunculis alternis, veſiculis oblongis acuminatis. *Fl. Dan. t.* 106.

109. *F. barbatus; F. fœniculaceus b.* L., veſiculis oblongis pedunculatis, terminatis foliolis linearibus.

110. *F. tamariſci folius. F. ericoides L. Sp. pl. n.* 33. caule tereti ramoſiſſimo, foliis alternis ſubulatis, veſiculis rotundis imbricatis ſeſſilibus axillaribus. cf. 148.

111. *F. fœniculaceus* L., veſiculis ovatis alternis pedunculatis, frondibus multifidis linearibus. *Morif. t.* 8. *f.* 17.

112. *F. abrotaniſolius* L., bipinnatus ſubfiliformis, apicibus veſiculoſis dilatatis.

113. *F. uſneoides; F. aculeatus* L., *F. virgatus Gunner.* 93. *Fl.*

Fl. Dan. t. 355., filiformis teres, ramis geminis ramosissimis, fructificationibus innatis, concatenatis, foliolis acerosis.

Fructificationibus non vesicariis.

114. *F. muscoides* L., teres ramosissimus, ramis sparsis, spinis mollibus alternis.

115. *F. incurvus;* teres ramosus, ramulis imbricatis, laciniis secundis incurvis.

116. *F. plicatus;* capillaris uniformis ramosissimus implicatus subdiaphanus. *Pluckn. t.* 184. *f.* 2.

117. *F. albus;* filiformis teretiusculus subdichotomus, geniculis tumidiusculis, ramis distantibus acutis. *Fl. Dan. t.* 408?

118. *F. verrucosus;* filiformis teres ramosus, ramis simplicibus, vesiculis rotundis lateralibus.

119. *F. purpureus;* filiformis teres ramosissimus, ramis alternis, ramulis confertis fructiferis, fructibus globosis. cf. 161.

120. *F. scorpioides;* caule tereti ramoso, ramis alternis ramosissimis apice inflexis. *Ray. Syn. t.* 2. *f.* 6.

121. *F. rotundus;* teres subdichotomus uniformis, ramis obtusis verrucosis.

122. *F. lumbricalis. F. furcellatus L;* teres dichotomus, ramis æqualibus acutis. *Morif. t.* 9. *f.* 4. *Fl. Dan. t.* 419.

123. *F. gelatinosus;* gelatinosus frondibus teretiusculis ramosis. *Ger. emac.* 1570.

124. *F. filiformis;* filiformis dichotomus planus.

125. *F. crispus;* frondibus planis dichotomis, apicibus dilatatis bifidis. cf. 155.

126. *F. palmatus* L., frondibus planis palmatis. *Ström. I.* 91. Alga saccharifera. *Barthol. Act. Hafn.* 1676. *p.* 160.

127. *F. pavonius.* vid. n. 83. *Ström. I.* 92.

128. *F. ciliatus* L., frondibus planis ramosis ciliatis. *Fl. Dan. t.* 353.

129. *F. pinnatifidus;* frondibus planis ramosis; ramis dentato-pinnatifidis marginibus callosis. *Fl. Dan. t.* 354.

130. *F. alatus* L., frondibus planis subdichotomis, ramis alternis decurrentibus bifidis. *Fl. Dan. t.* 352

131. *F. cartilagineus:* non *F. cartilagineus* L.: cartilagineus compressus ramosissimus, ramulis alternatim secundis, fructibus globosis lateralibus. cf. 175.

132. *F. plumosus* L., caule teretiusculo compresso ramoso, ramis duplicato pinnatis coloratis. *Fl. Dan. t.* 350.

133. *F. filicinus;* cartilagineus compreſſus, frondibus ſupradecompoſitis pinnatis, laciniis obtuſis.
134. *F. pinnatus;* membranaceus, frondibus triplicato pinnatis.
135. *F. corneus;* cartilagineus, caule teretiuſculo compreſſo ramoſiſſimo, ramis ſubpinnatis, laciniis acutis fructiferis.
136. *F. ſaccharinus* L., caule tereti breviſſimo, fronde enſiformi ſimplici. *Ström. I.* 92. *Fl. Dan. t.* 416.
137. *F. confervoides;* caule tereti ramoſiſſimo, ramulis alternis faſciculatis breviſſimis tuberculatis ſcabris.
138. *F. digitatus* L., *F. ſcoparius.* Ström. I. 93. *F. hyperboreus.* Gunner. 61. t. 3; caule tereti breviſſimo, fronde palmata laciniis enſiformibus. *Fl. Dan. t.* 392.
139. *F. rubens;* caule tereti ramoſo, frondibus oblongis undulatis ſinuatis. *Ström. I.* 92.
140. *F. ſanguineus* L., caule tereti ramoſo, frondibus oblongo lanceolatis undulatis integerrimis. *Fl. Dan. t.* 349.
141. *F. laciniatus;* frondibus ramoſis membranaceis, ramis dilatatis palmatis.
142. *F. filum* L., filiformis ſimplex ſubfragilis opacus.

Fuci L. 143—161.

143. *F. inflatus;* fronde plana dichotoma integerrima punctata ovato lanceolata, inflata, apice diviſo.
144. *F. canaliculatus;* fronde plana dichotoma integerrima canaliculata lineari, fructificationibus tuberculatis bipartitis obtuſis. cf. 165.
145. *F. diſtichus;* fronda plana dichotoma integerrima lineari, fructificationibus tuberculatis mucronatis.
146. *F. elongatus;* fronde filiformi compreſſa dichotoma, articulata geniculis tumidiuſculis.
147. *F. loreus;* fronde filiformi compreſſa dichotoma, undique utrinque tuberculata.
148. *F. ſelaginoides;* fronde filiformi ramoſiſſima, ramis dichotomis, foliis ſubulatis alternis baſi veſiculoſis. cf. 110.
149. *F. concatenatus;* fronde filiformi ramoſiſſima, ramulis dichotomis, veſiculis moniliformibus diſtantibus innatis, foliis ſubulatis.
150. *F. Lycopodioides;* fronde filiformi tereti ſubramoſa, obtecta undique ſetis. cf. 51. 168.
151. *F. hirſutus;* fronde filiformi tereti dichotoma, obtecta undique hirſutie.

152.

152. *F. discors;* fronde tereti inermi aculeatissima, foliis distichis subpinnatis lineari lanceolatis serratis.
153. *F. lanosus;* frondibus capillaceis dichotomis ramosissimis scabris.
154. *F. esculentus. F. pinnatus* Gunner. 313; fronde simplici indivisa ensiformi, stirpe pinnata folium percurrente. *Ström. I.* 93. *Fl. Dan. t.* 417.
155. *F. crispus;* frondibus submembranaceis dichotomis, laciniis dilatatis. cf. 125.
156. *F. dentatus;* frondibus membranaceis enerviis, alternatim pinnatifidis, sinubus obtusis, laciniis apice erosis.
157. *F. vittatus;* frondibus membranaceis divisis ensiformibus dentato crispatis.
158. *F. ramentaceus;* frondibus filiformibus simplicibus, hinc ramentis foliaceis confertis.
159. *F. gigartinus;* fronde cartilaginea. filiformi compressa dichotoma, fructificationibus globosis pedunculatis terminalibus subjacente arista. *Fl. Dan. t.* 394?
160. *F. spermophorus;* fronde membranacea dichotoma compressa capillacea, fructificationibus pedunculatis lateralibus, foliis linearibus multifidis.
161. *F. confervoides;* frondibus membranaceis linearibus compressis ramosis, fructificationibus sparsis sessilibus subrotundis. cf. 119.

Fuci Gunneri. 162—164.

162. *F. ovinus* 310. purpureus, caule brevissimo, foliis inæqualibus profunde fissis, laciniis inferne angustatis, apice hinc fissis illinc dentatis. cf. *F. lacerus* L. Sp. pl. 1627.
163. *F. caprinus* 311; fronde dichotoma, teretiuscula, filiformi, fastigiata. cf. 119. 161.
164. *F. bifurcatus* 312; caule brevi, folio simplici plano bifurco.

Fuci Floræ Danicæ: 165—169.

165. *Fl. Dan. t.* 214. Lividus, coriaceus, palmaris, dichotomus, canaliculatus, tuberculis binis punctatis granulosis terminalibus. *Merist. t.* 3. *f.* 12. *Raj. Syn. III. p.* 43. *n.* 12. *Ström. I.* 191. *Gunn.* 314. cf. 144.
166. *Fl. Dan. t.* 276. Ramosissimus, ramis vagis approximatis teretibus, tuberculis sparsis caulinis.
167. *Fl. Dan. t.* 351. Dichotomus, linearis, crassus, attenuatus, extremitatibus longitudinaliter obsitis tuberculis seu

papillis granulosis. Non est *Fucus marinus secundus.* Dod. pemt. 479.

168. *Fl. Dan. t.* 357. Spadiceus, teres, filiformis, subramosus, totus squarrosus setis foliaceis dense imbricatis. cf. 51. 150.

169. *Fl. Dan. t.* 358. Corneus, virgatus, dichotomus, setis æqualibus. Diversus a *Conferva dichotoma.*

Fuci inediti. 170—176.

170. *Quercus marina secunda* Dod. pemt. 479. Spadiceus bulbosus, bulbo crasso inverse conico supra plano orbiculari; loris ex orbiculo oriundis, pari uno aut duobus, tenacibus, crassis, compressis teniæformibus, dichotomis; fructificatione nulla. cf. 147. *E Ferröe.* Bulbi sine loris e mari Baltico.

171. Lorum tereticompressum, dichotomum, læve, apicibus leguminis forma punctatis, granulosis gelatinosis. cf. 145. *E Ferröe.*

172. Fuscus; caule passim distiche & pectinatim frondescente foliis densis apice latescentibus undulatis, exeunte in longum lorum tetragonum. *E Ferröe.*

173. Fucus minimus dichotomus, extremitatibus clavatis, apicibus excavatis. *Ex Islandia.*

174. Fucus minimus, subdichotomus, apicibus globosis, foveola excavatis. *E Ferröe.*

175. Fucus parvus, corneus, ruber, planus, palmari minor, decomposite pinnatus, lobis profunde dentatis, dentibus globuliferis. cf. 131. *Ex Islandia.*

176. Fucus fungularis *Imperat.* 859. *C. B. P.* 364. *Morif. III.* 645. *Fl. Dan. t.* 420. Frondes umbrinæ, simplices, crassæ, fungosæ, subsistantia, antrorsum rotundatæ, cunciformes (instar *ulvæ pavoniæ*) congestæ in rosulas, subimbricatæ, margine ascendente striatæ striis curvis concentricis, cum lineis ad centrum vergentibus obsoletis.

AAE. 177—191. Tremella L.

Corpora sunt gelatinosa, fructificatione carentia, formæ variæ incertæ, alia membranarum instar, alia glebarum.

Tre-

Tremellæ L. 177—184.

177. *Tremella juniperina* H. 2260; ſeſſilis membranacea, auriformis fulva. *In Junipero.*

178. *T. Noſtoc* H. 2041; plicata, undulata, laciniis criſpis granuloſis. *Dill. t.* 10. *f.* 14. Inter gramina poſt pluvias.

179. *T. Lichenoides.* H. 2032; erecta plana, margine criſpo lacinulato. *Dill. t.* 19. *f.* 32. 34. 35. In Muſcis, locis umbroſis.

180. *T. verruceſa.* H. 2127; tuberculoſa ſolida rugoſa. *Dill. t.* 10. *f.* 16. Supra lapides in rivulis.

181. *T. diffórmis;* ſubrotunda ſinuata difformis gelatinoſa. *In Confervis ſubmarinis.*

182. *T. hemiſphærica;* hemiſphærica ſparſa. *In rupibus & Confervis ſubmarinis.*

183. *T. purpurea;* ſubgloboſa ſeſſilis ſolitaria glabra. *Dill. t.* 18. *f.* 6. In arborum ramis moribundis & emortuis.

184. *T. adnata;* rotunda imbricata livida. *In rupibus ſubmarinis.*

Huc etiam e Lichenibus gelatinoſis H. 2032—2041., Tremellas & Lichenes connectentibus, inter quos etiam 177. 178. numerandi, porro pertinent ſequentes 185—189. terreſtres.

185. H. 2033. nigerrimus ſeſſilis obtuſe lobatus.

186. H. 2034. albidus laciniatus lobis acutis. *Dill. t.* 10. *f.* 13.

187. H. 2036. gelatinoſus viridis exaſperatus. *Dill. t.* 19. *f.* 22.

188. H. 2038. gelatinoſus niger undoſus & criſpus.

189. H. 2040; niger undatus cruſtaceus.

Tremellæ H. 190. 191. aquaticæ.

190. H. 2125. viridiſſima corniculis palmatis. *Dill. t.* 10. *f.* 10.

191. H. 2126. plana difformis ramoſa. *Dill. t.* 54. *f.* 48.

AAF. 192—422. Lichen.

Lichenibus ſubſtantia eſt ſimilaris, non compoſita particulis organicis, fibris aut veſiculis, ſed meris particulis indiſcernibilibus. Plerumque, dum ſicci ſunt, facile in pulverem teruntur, madefactione autem gelatinoſi fiunt, nonnulli ſemper gelatinæ conſtantem naturam habent. Forma eſt admodum varia, ut alii componantur varia *foliacea* expanſione, laminis varie diviſis, villo radicali in

ſuperficie inferiore plus minusve obſitis, ſive *horizontalibus*, lobis varie imbricatis, ſive *erectis* perpendiculari aut ad perpendicularem accedente ſitu; alii *fruticuloſi* varie in ramos dividantur, plerique cavi, pauciſſimi ſolidi; alii *cornuum* ſimiles ſint aut *pyxidum ſcyphorumque*, cavitate oblonga, tubuloſa, ſuperne patente; alii *filamentoſi*, capillamento varie intricato; alii denique mera *cruſta* corporibus alienis indiſſolubiliter adnata.

Quæ pro fructificatione haberi poſſunt partes *peltæ* ſunt & *ſcutella*, aut *tubercula*, aut *ſquamoſus furfur*. *Peltæ* ſemper colore proprio notabili & ſubſtantia delicatiore molliore fungoſa conſpicuæ interdum globoſæ ſunt, plerumque autem explanantur in orbiculos, naſcunturque plerumque ex margine loborum foliaceorum; *tubercula* quaſi acervulæ & papulæ ſunt vix verbis generalioribus deſcribendæ; *ſquamoſus* denique *furfur* plerumque ſuper Lichenis ſuperficiem lamellarum inſtar diſperſus apparet.

Sine dubio horum Lichenum, quos cum ſuo quemlibet calculo adeo numeroſos recenſebimus, major pars non niſi varietatum loco habenda eſt, e multifaria evolutione ſub tot circumſtantium rerum influxu oriundarum, & Hallerus quidem, Vir ſummus, ſuos a numero 1902. uſque ad 1951. recenſitos Lichenes pyxidiferos & ſcyphiferos omnes credit unius ſolius veræ ſpeciei progeniem variabilem eſſe. Enimvero phænomena ſunt, quæ cum pro lubitu produci nequeant, prouti attentis obſervatoribus ſponte ſe offerunt, ita accipere oportet, atque ſub oculos ponere copia non parca, ſed in breve ſpatium coarctata & commode diſpoſita ut ictu oculi comparari poſſint. Commoda hujus methodi ſentient ſpero, quibus inſtitutam a nobis comparationem Hallerianarum ſpecierum cum Linnæanis & Hudſonianis mente ſequi placebit.

Lichenes Linn. & Hudſon. 192—299. inter quos Hudſonis ſunt 210—212. 220—222. 258—250. 277—279. 286—288. reliqui Linnæi aut utrique communes.

Leproſi tuberculati. 192—212.
Leproſi ſcutellati. 213—222.
Imbricati. 223—233.
Foliacei. 234—251.

Ceriacei.

Coriacei. 252—262.
Umbilicati. 263—269.
Scyphiferi. 270—280.
Fruticuloſi. 281—289.
Filamentoſi. 290—299.

192. *Lichen ſcriptus.* H. 2079. leproſus albicans, lineolis nigris ramoſis characteriformibus. *Dill. t.* 18. *f.* 1. In corticibus arborum.

193. *L. graphicus.* H. 2063. leproſus flaveſcens, lineolis nigris mappam referens. *Dill. t.* 18. *f.* 5. *Fl. Dan. t.* 468. *f.* 1. In rupibus.

194. *L. byſſoides;* leproſus farinaceus, peltis ſtipatis ſubgloboſis. *Dill. t.* 14. *f.* 5. In glareoſis. cf. 634.

195. *L. lacteus;* leproſus albus, tuberculis concoloribus hemiſphæricis. *In rupibus & ſaxis.*

196. *L. rupicola;* leproſus albidus, tuberculis pallidis albo marginatis. *In rupibus nudis apricis.*

197. *L. pertuſus. Hudſ. verrucoſus;* leproſus, verrucis ſubteſſellatis lævigatis pertuſis poro uno alterove cylindrico. *Dill. t.* 18. *f.* 9. *In ſaxis & arboribus.* cf. 397.

198. *L. rugoſus.* H. 2077; rugoſus albicans, lineolis ſimplicibus punctisque nigris confertis. *Dill. t.* 18. *f.* 2. Supra arborum truncos.

199. *L. ſanguinarius;* leproſus cinereo vireſcens, tuberculis atris. *Dill. t.* 18. *f.* 3. In rupibus truncisque arborum.

200. *L. fuſco-ater;* leproſus fuſcus, tuberculis atris. *In rupibus.*

201. *L. calcareus;* leproſus candidus tuberculis atris. *Dill. t.* 18. *f.* 8. In rupibus marmoreis.

202. *L. atrovirens;* leproſus ater, tuberculis viridibus confertis. *In rupibus.*

203. *L. cinereus;* leproſus tuberculis nigris albo marginatis. *In rupibus & ſaxis.*

204. *L. atro-albus;* leproſus niger, tuberculis albis. *In alpium rupibus.*

205. *L. ventoſus;* leproſus flavus, tuberculis rubris. *Fl. Dan. t.* 472. *f.* 1. 2. In alpium rupibus.

206. *L. ſagineus;* H. 2086. leproſus albus tuberculis albis farinaceis. *In truncis Fagi.*

207. *L. carpineus;* leproſus cinereus tuberculis albidis rugoſis. *In Carpini truncis ramisque.*

208. *L. corallinus;* leprosus ramosus teres fasciculatus fastigiatus confertissimus albus. *In rupibus.*

209. *L ericetorum* H. 2042; leprosus candidus tuberculis incarnatis. *Dill. t.* 14. *f.* 1. *Fl. Dan. t.* 472. *f.* 4. In Ericetis, sylvisque steriliſſimis uliginosis.

210. *L. rufus;* leprosus fuscus, tuberculis pedunculatis planis subfuscis. *Dill. t.* 14. *f.* 4. In muris antiquis.

211. *L. flavorubescens;* leprosus virescens, tuberculis flavorubescentibus. *In truncis arborum.*

212. *L. ferrugineus;* leprosus albicans, tuberculis rufis. *Dill. t.* 18. *f.* 4. t. 55. f. 8. In corticibus arborum.

---

213. *L. candelarius;* crustaceus flavus, scutellis luteis. *Dill. t.* 18. *f.* 18. In parietibus, muris, truncis arborum.

214. *L. gelidus;* crustaceus albicans, peltis tuberculosis rugosis testaceis. *In saxis.*

215. *L. tartareus;* crustaceus ex albido virescens, scutellis flavescentibus, margine albo. *Dill. t.* 18. *f.* 12. In rupibus.

216. *L. pallescens;* crustaceus albicans, scutellis pallidis. *Dill. t.* 18. *f.* 17. cf. 377. In corticibus arborum.

217. *L. subfuscus;* H. 2049; crustaceus albicans, scutellis subfuscis, margine cinereo suberenato. *Dill. t.* 18. *f.* 16. In arboribus & rupibus.

218. *L. parellus;* crustaceus albus, peltis concavis obtusis pallidis. *Dill. t.* 18. *f.* 10. In muris. cf. 393.

219. *L. Upsaliensis;* crustaceus, foliis subulatis striatis. *Supra terram steriliſſimam campi clati aprici.*

220. *L. albescens;* crustaceus cinereus, scutellis planis albis farinaceis. *Dill. t.* 18. *f.* 11. In muris & corticibus arborum.

221. *L. ater;* crustaceus albicans, scutellis rugosis nigris. *Dill. t.* 18. *f.* 15. In arboribus & muris. cf. 400.

222. *L. flavescens;* crustaceus luteo virescens, scutellis flavis. *Dill. t.* 18. *f.* 18. In muris cf. 213. 376.

---

223. *L. centrifugus;* imbricatus, foliolis multifidis obsolete lævibus albidis centrifugis, scutellis rufo fuscis. *Dill. t.* 24. *f.* 75. In rupibus.

224. *L. saxatilis;* H. 2011; imbricatus, foliolis sinuatis scabris lacunosis, scutellis folio concoloribus. *Dill. t.* 24. *f.* 83. In rupibus.

225.

225. *L. omphalodes;* imbricatus, foliolis multifidis glabris obtusis incanis, punctis vagis eminentibus. *Dill. t.* 24. *f.* 80. In rupibus & arboribus.

226. *L. olivaceus;* H. 2014. Imbricatus, foliolis lobatis nitidis lividis. *Dill. t.* 24. *f.* 78. In rupibus & arboribus.

227. *L. Fahlunenſis;* H. 2020. imbricatus, foliolis linearibus dichotomis planiuſculis acutis nigris, ſcutellis atris. *Dill. t.* 24. *f.* 81. In rupibus.

228. *L. ſtygius;* imbricatus, foliolis palmatis incurvis atris. *In rupibus.*

229. *L. criſpus;* imbricatus, foliis lobatis truncatis crenatis atroviridibus, ſcutellis concoloribus. *Dill. t.* 19. *f.* 23. In locis umbroſis ſaxoſis & ad muros.

230. *L. criſtatus;* H. 2040? ; foliis imbricatis dentato ciliatis, ſcutellis folio majoribus. *Dill. t.* 19. *f.* 26. In rupibus & muris. cf. 189.

231. *L. parietinus;* H. 2021. imbricatus, foliis criſpis fulvis, peltis concoloribus fulvis. *Dill. t.* 24. *f.* 76. In parietibus ligneis & rupibus.

232. *L. phyſodes;* H. 2018. imbricatus, laciniis obtuſis ſubinflatis. *Dill. t.* 20. *f.* 49. In corticibus Betulæ ac rupibus.

233. *L. ſtellaris;* H. 2017. imbricatus, foliolis oblongis laciniatis anguſtis cinereis, ſcutellis pullis. *Dill. t.* 24. *f.* 70. In arborum ramis.

---

234. *L. ciliaris;* H. 1980. foliaceus erectiuſculus; laciniis linearibus ciliatis, ſcutellis pedunculatis crenatis. *Dill. t.* 20. *f.* 45. *In arboribus.*

235. *L. islandicus.* H. 1978. foliaceus adſcendens laciniatus, marginibus elevatis ciliatis. *Dill. t.* 28. *f.* III. 112. *Fl. Dan. t.* 155. In campis ſteriliſſimis apricis; terreſtris.
tenuiſſimus. Dill. t. 17. f. 32. parvus, ramulis omnino teretibus nec ciliatis.

236. *L. nivalis;* H. 1977. foliaceus adſcendens laciniatus criſpus glaber lacunoſus albus margine elevato. *Dill. t.* 21. *f.* 56. *Fl. D. t.* 227. In alpinis apricis ſiccis; terreſtris.

237. *L. pulmonarius;* H. 1986. foliaceus laciniatus obtuſus glaber, ſupra lacunoſus, ſubtus tomentoſus. *Dill. t.* 29. *f.* 113. Arboreus.

238. *L. furfuraceus;* H. 1976. foliaceus decumbens furfuraceus, laciniis acutis subtus lacunosis atris. *Dill. t.* 21. *f.* 52. Arboreus.

239. *L. ampullaceus:* foliaceus planiusculus lobatus crenatus, peltis globosis inflatis. *Dill. t.* 24. *f.* 82. Terrestris.

240. *L. farinaceus;* H. 1981. foliaceus erectus compressus ramosus farinaceus, lateribus verrucosis. *Dill. t.* 23. *f.* 63. Arboreus.

241. *L. calicaris;* H. 1983. foliaceus erectus linearis ramosus lacunosus convexus mucronatus. *Dill. t.* 23. *f.* 62. In arboribus & rupibus.

242. *L. fraxineus;* H. 1985. foliaceus erectus oblongus lanceolatus sublaciniatus lacunosus glaber, scutellis subpedunculatis. *Dill. t.* 22. *f.* 59. Arboreus.

422. *L. fuciformis;* foliaceus rectiusculus lævis subtomentosus ramosus, laciniis lanceolatis. *Dill. t.* 22. *f.* 61. In rupibus Bornholmiæ.

243. *L. prunastri;* H. 1984. foliaceus erectiusculus lacunosus, subtus tomentosus albus. *Dill. t.* 21. *f.* 55. Arboreus.

244. *L. juniperinus;* foliaceus laciniatus crispus fulvus, peltis lividis. *In Junipero.*

245. *L. caperatus;* H. 2005. pallide viridis rugosus margine undulatus. *Dill. t.* 25. *f.* 97. Ad saxa & arbores.

246. *L. glaucus;* H. 2007. foliaceus depressus lobatus glaber, margine crispo farinaceo. *Dill. t.* 25. *f.* 96. Arboreus.

247. *L. fasciculatis;* foliaceus gelatinosus, tuberculis turbinatis fasciculatis fronde majoribus. *Dill. t.* 19. *f.* 27. *Fl. Dan. t.* 462. *f.* 2.

248. *L. laciniatus;* foliaceus repens lobatus glaber, lobis sinuatis, scutellis fulvis. *Dill. t.* 26 *f.* 99. In terra. cf 366.

249. *L. decumbens;* foliaceus decumbens laciniatus, laciniis apice trifidis, scutellis subfuscis. *Dill. t.* 19. *f.* 25. cf. 387.

250. *L. nigrescens;* foliaceus rugosus lobatus atro virens, scutellis confertis rufis. *Dill. t.* 19. *f.* 20. In arborum truncis & muris. cf. 386.

251. *L. aquaticus;* foliaceus repens lobatus obtusus, peltis hemisphæricis maximis. *Dill. t.* 20. *f.* 44.? Sub aqua; terrestris.

---

252. *L. resupinatus;* foliaceus repens lobatus, peltis marginalibus posticis. *Dill. t.* 28. *f.* 105. Terrestris.

253.

253. *L. venosus;* H. 1993. foliaceus repens ovatus planus, subtus venosus villosus, peltis marginalibus horizontalibus. *Dill. t.* 28. *f.* 109. Terrestris.

254. *L. aphthosus;* H. 1992. foliaceus repens lobatus obtusus planus, verrucis sparsis, pelta marginali adscendente. *Dill. t.* 28. *f.* 106. Terrestris.

255. *L. arcticus;* foliaceus repens lobatus obtusus planus lævis; subtus avenius villosus. *Terrestris.*

256. *L. caninus;* H. 1988. foliaceus repens lobatus obtusus planus, subtus venosus villosus, pelta marginali adscendente. *Dill. t.* 27. *f.* 102. Terrestris.

257. *L. sylvaticus;* foliaceus repens laciniatus lacunosus, peltis marginalibus adscendentibus. *Dill. t.* 27. *f.* 101. cf. 360.

258. *L. horizontalis;* foliaceus repens lobatus obtusus glaber, peltis marginalibus horizontalibus planis. *Dill. t.* 28. *f.* 104. cf. 363.

259. *L. perlatus;* repens lobatus glaber, subtus ater, scutellis pedunculatis integris. *Dill. t.* 20. *f.* 39. Arboreus.

260. *L. saccatus;* Hudf. *immersus;* H. 1995. foliaceus repens subrotundus, peltis depressis subtus saccatis. *Dill. t.* 30. *f.* 121. In Alpibus terrestris.

261. *L. croceus;* H. 1994. foliaceus repens subrotundus planus, subtus venosus villosus, croceus, peltis sparsis adnatis. *Fl. Dan. t.* 263. *Dill. t.* 30. *f.* 120. In Alpibus; terrestris.

262. *L. miniatus;* H. 1999. foliaceus gibbus punctatus, subtus fulvus. *Dill. t.* 30. *f.* 127. In rupibus Alpinis.

---

263. *L. velleus;* foliaceus umbilicatus, subtus hirsutissimus. *Dill. t.* 82. *f.* 5. In rupibus alpinis.

264. *L. pustulatus;* H. 1996. foliaceus umbilicatus, subtus lacunosus. *Dill. t.* 30. *f.* 31. In rupibus apricis.

265. *L. proboscideus;* foliaceus umbilicatus, peltis turbinatis truncatis perforatis. *Dill. t.* 20. *f.* 42.

266. *L. deustus;* H. 1998. foliaceus umbilicatus, undique lævis. *Dill. t.* 30. *f.* 117. In rupibus.

267. *L. polyphyllus;* H. 2001. foliaceus polyphyllus, utrinque lævis, crenatus. *Dill. t.* 30. *f.* 129. In rupibus.

268. *L. polyrhizos;* H. 2000. foliaceus polyphyllus utrinque lævis, polyrhizos. *Dill. t.* 30. *f.* 130. In rupibus.

269.

269. *L. cocciferus;* H. 1918. ſcyphifer ſimplex integerrimus, ſtipite cylindrico, tuberculis coccineis. *Dill. t.* 14. *f.* 7. In ſylvis, ericetis, rupibus. cf. 320.

---

270. *L. cornucopioides;* H. 1929? ſcyphifer ſimplex folio brevior, tuberculis coccineis. *Dill. t.* 14. *f.* 9. In ſylvis glareoſis. cf. 322.

271. *L. pyxidatus;* H. 1912. 1923. ſcyphifer ſimplex crenulatus tuberculis fuſcis. *Dill. t.* 14. *f.* 6. In ſylvis.

272. *L. fimbriatus;* H. 1915. ſcyphifer ſimplex denticulatus, ſtipite cylindrico. *Dill. t.* 14. *f.* 8. In ſylvis ſterilibus. cf. 311.

273. *L. gracilis;* H. 1924. ſcyphifer ramoſus denticulatus filiformis. *Dill. t.* 14. *f.* 13. In ericetis & ſylvis.

274. *L. digitatus;* H. 1939. ſcyphifer ramoſiſſimus, ramis cylindricis, calycibus integris nodoſis. *Dill. t.* 15. *f.* 19. In ſylvis ſterilibus. cf. 307.

275. *L. cornutus;* H. 1903. ſcyphifer ſimpliciuſculus ſubventricoſus, calycibus integris. *Dill. t.* 15. *f.* 14. In ericetis.

276. *L. deformis;* H. 1904. 1938. ſcyphifer ſimpliciuſculus ſubventricoſus, calycibus dentatis. *Mich. t.* 41. *f.* 1. In ericetis.

277. *L. filiformis;* ſcyphifer ſimplex integerrimus filiformis tuberculis fuſcis. *Dill. t.* 14. *f.* 10. In ericetis. cf. 305.

278. *L. foliaceus;* foliis ſubereƈtis laciniatis criſpis ſcyphiferis, ſcyphis breviſſimis conicis. *Dill. t.* 14. *f.* 12. In ericetis montoſis. cf. 327. 328.

279. *L. ventricoſus;* ſcyphifer ramoſiſſimus ventricoſus, ſcyphis dentatis, tuberculis fuſcis. *Dill. t.* 15. *f.* 17. In ſylvis. cf. 330.

280. *L. rangiferinus;* H. 1957. fruticuloſus perforatus ramoſiſſimus, ramulis nutantibus.

alpeſtris; ramis confertiſſimis. *Fl. Dan. t.* 180. *Dill. t.* 16. *f.* 30.

ſylveſtris, ramis rarioribus. *Dill. t.* 16. *f.* 29. In alpibus & ſylvis ſterilibus. cf. 346.

---

281. *L. ſubulatus;* H. 1955. fruticuloſus ſubdichotomus, ramis ſimplicibus ſubulatis. *Dill. t.* 16. *f.* 26. In ericetis & ſylvis.

282.

282. *L. uncialis;* H. 1960. fruticulosus perforatus, ramulis breviſſimis acutis. *Dill. t.* 16. *f.* 22. In ericetis.
283. *L. globiferus;* Hudſ. *globosus*; fruticulosus ſolidus lævis, tuberculis globosis cavis terminalibus. *Dill. t.* 17. *f.* 35. In rupibus.
284. *L. paſchalis;* H. 1963. fruticulosus ſolidus tectus foliolis cruſtaceis. *Fl. Dan. t.* 151. *Dill. t.* 17. *f.* 33. In Alpium rupibus.
285. *L. fragilis;* fruticulosus ſolidus ramulis teretibus obtusis. *Dill. t.* 17. *f.* 34. In rupibus.
286. *L. furcatus;* fruticulosus tubulosus ramosus, ramis erectis furcatis. *Dill. t.* 16. *f.* 27. In ericetis & locis montosis. cf. 345.
287. *L. ſpinosus;* fruticulosus tubulosus ramosiſſimus ſpinosus, ramulis tuberculatis ſubdigitatis. *Dill. t.* 16. *f.* 25. In cricetis. cf. 343.
288. *L. filiquosus*; fruticulosus ſolidus ſubramosus, tuberculis lateralibus concavis. *Dill. t.* 17. *f.* 38. In rupibus.
289. *L. plicatus* ; H. 1971 ? filamentosus pendulus, ramis implexis, ſcutellis radiatis. *Dill. t.* 11. *f.* 1. In arboribus.

---

290. *L. barbatus*; H. 1970. filamentosus pendulus ſubarticulatus, ramis patentibus. *Dill. t.* 12. *f.* 6. In ſylvis.
990. (1027. 1177.) *M. fontanum;* caule ſimplici geniculis inflexo, capitulo magno ſubrotundo, pedunculo longiſſimo. *Dill. t.* 44. *f.* 2. *Vaill. t.* 24. *f.* 10. *Fl. Dan. t.* 298. Ad fontes paludoſos frigidos.

991. (1028. 1181.) *Mn. paluſtre;* caule dichotomo, foliis ſubulatis. *Dill. t.* 31. *f.* 3. In paludibus.

992. (1030.) *M. androgynum;* caule ramoſo, androgynum, capſulis oblongis. *Dill. t.* 31. *f.* 1. *Vaill. t.* 29. *f.* 6. *Fl. Dan.* 299. In ſylvis.

993. (1032. 1142.) *M. purpureum;* caule dichotomo, axillis pedunculiferis, foliis carinatis. *Dill. t.* 49. *f.* 51. In paſcuis.

994. (1033. 1114.) *M. ſetaceum;* operculis filiformibus longitudine antherarum. *Dill. t.* 48. *f.* 44. In muris, aggeribus, ſepibus.

995. (1034.) *M. cirratum;* foliis arefactione revolutis. *Dill. t.* 48. *f.* 42. In ſylvis & ad ſepes.

---

996. (1031. 1178.) *M. hygrometricum;* acaule, calyptra reflexa tetragona. *Dill. t.* 52. *f.* 75. *Vaill. t.* 26. *f.* 16. In ſylvis apricis ſterilibus.

997. (1035.) *M. annotinum;* foliis ovatis acuminatis pellucidis, pedunculis ſubradicalibus. *Dill. t.* 50. *f.* 68. In humidiuſculis.

998. (1036. 1172.) *M. hornum;* pedunculo curvato, ſurculo ſimplici, foliolis margine ſcabris. *Dill. t.* 51. *f.* 71.

999. (1037. 1117.) *M. capillare;* foliis ovatis ſetiferis carinatis, pedunculis longiſſimis. *Dill. t.* 50. *f.* 67. *Vaill. t.* 24. *f.* 6. In ſiccis, muris, glareoſis.

1000. (1038.) *M. crudum;* calyptra recurvata, foliis pellucidis. *Dill. t.* 51. *f.* 70. In ſylvis & declivibus.

1001.

1001. (1039.) *M. pyriforme;* antheris turbinatis, ſtipite ſiliformi, floribus femineis ſetiferis. *Dill. t.* 50. *f.* 60. In rupibus.

1002. 3. 4. 5. (1041. 1165—1170.) *M. ſerpilliſolium;* pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis. *Ubique frequens, locis ſubhumidis.*

1002. *M. ſerpilliſolium punctatum;* foliis obovatis integerrimis obtuſis punctatis. *Dill. t.* 53. *f.* 81. *Vaill. t.* 26. *f.* 5.

1003. *M. f. cuſpidatum;* foliis alternis acutis ſerratis. *Dill. t.* 53. *f.* 79. *Vaill. t.* 26. *f.* 18.

1004. (1165.) *M. f. proliferum;* foliis roſaceo congeſtis lanceolatis acutis. *Dill. t.* 52. *f.* 77.

1005. *M. f. undulatum;* foliis oblongis undulatis. *Dill. t.* 52. *f.* 76.

1006. (1042. 1175.) *M. triquetrum;* foliis trifariis patulis ſubulato lanceolatis carinatis. *Dill. t.* 51. *f.* 72? *Vaill. t.* 24. *f.* 2. In paludibus turfoſis.

Phaſca. 1007—1010.

1007. (1052. 1053.) *Phaſcum acaulon;* acaule, anthera ſeſſili, foliis ovatis acutis conniventibus. *Dill. t.* 32. *f.* 11.
b. *Dill. t.* 32. *f.* 12. *Vaill. t.* 27. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 249. 1. In agris, hortis & ad foſſas.

1008. (1054.) *P. ſubulatum;* acaule, anthera ſeſſili, foliis ſubulato ſetaceis patulis. *Dill. t.* 32. *f.* 10. *Vaill. t.* 29. *f.* 4. *Fl. Dan. t.* 249. 2. In arenoſis.

1009. *P. pedunculatum Hudſ.;* acaule, anthera pedunculata. *Dill. t.* 44. *f.* 4. In ericetis humidis.

1010. *P. repens;* cauleſcens repens. *Dill. t.* 85. *f.* 16. In arborum truncis.

ACD. 1011—1013. Sphagnum. L. & H.

Capſulæ calyptra carent, & ablato operculo oram lævem ſine ciliis habent.

1011. (1051.) *Sphagnum paluſtre;* ramis deflexis. *Dill. t.* 32. *f.* 1. *Vaill. t.* 23. *f.* 3. *Fl. Dan.* 474.
b. *Dill. t.* 32. *f.* 2.
In paludibus turfoſis.

1012. *S. alpinum;* ſubramoſum erectum. *Dill. t.* 32. *f.* 3. In ſummis alpium paludibus.

1013. *S. arboreum;* ramoſum repens, antheris lateralibus ſecundis. *Dill. t.* 32. *f.* 6. Super arborum truncos.

ACE. 1014—1020. Polytrichum. L.

Capſula cum apophyſi ſeu nodulo inter capſulam & pedunculum; calyptra villoſa; ſtellulæ viviparæ in nonnullis plantis, ſtirpe a capſulis remotæ.

Ex his hujus generis notis, ſiquidem conſervatum velimus, optima eſt, & in qua character eſſentialis reponendus erit, calyptra hirſuta; nam apophyſis quidem neque in omnibus Polytrichi ſpeciebus ſemper notabilis conſpicitur, neque Polytricho aut Splachno ſolis propria eſt; ob ſtellulas autem quæ perhibentur fœmininas, omnino Polytricha ad Mnii Genus amandanda eſſent.

1014. 15. 16. *Polytrichum commune;* caule ſimplici, anthera parallelepipeda.

1014. (1161.) P. foliis ſerratis. *Dill. t.* 54. *f.* 1. *Vaill. t.* 23. *f.* 8. In uliginoſis.

1015. (1161.) P. foliis brevioribus & rigidioribus ſerratis. *Dill. t.* 54. *f.* 2. *Vaill. t.* 23. *f.* 6. *Fl. Dan. t.* 295. In paſcuis.

1016. (1162.) P. foliis piliferis. *Dill. t.* 54. *f.* 3. In ſteriliſſimis.

1017. (1126.) *P. alpinum;* caule ramoſiſſimo, pedunculis terminalibus. *Dill. t.* 55. *f.* 4. *Fl. Dan. t.* 296. In alpibus.

1018. (1127.) *P. urnigerum;* caule ramoſiſſimo, pedunculis axillaribus. *Dill. t.* 55. *f.* 5. *Vaill. t.* 28. *f.* 13.

1019. (957.) *Bryum ſtriatum.*

1020. (1040.) *Mnium polytrichoides.* Calyptra laxa.

a. Capſulis ſubrotundis, foliis carinatis integerrimis. *Dill. t.* 55. *f.* 6. *Vaill. t.* 26. *f.* 5.

b. Capſulis oblongis, foliis carinatis ſerratis. *Dill. t.* 55. *f.* 7. *Vaill. t.* 29. *f.* 11.

c. Capſulis cylindricis, foliis capillaceis. *Dill. t.* 55. *f.* 12. In ericetis ſubudis.

Hic inſerendus foret Muſcus. 1185.

ACF.

ACF. 1021 — 1025. Splachnum L. 1021—1024. Buxbaumia L. & H. 1025.

Splachnis L. capitulum eſt vario modo in ampullam dilatatum, cui collum inſidet. Hoc collum Ill. Linnæus proprie pro capitulo habet, & nomine antheræ, quo per totam claſſem capſulæ loco utitur, intelligit, ampullam autem, quam in quibuſdam ob ſingularem figuram umbraculum appellat, pro apophyſi habet. Porro calyptram huic generi tribuit & ſtirpes femininas.

1021. *Splachnum rubrum;* umbraculo orbiculari hemiſphærico. *Dill. t.* 83. *f.* 9. In paludibus ſylvaticis borealibus.

1022. *S. luteum;* umbraculo orbiculari plano. *Linn. Amœn. II. p.* 277. *t.* 3. *f.* 1. Ibidem.

1023. (1156.) *S. ampullaceum;* umbraculo ampullaceo obconico. *Dill. t.* 44. *f.* 3. *Vaill. t.* 26. *f.* 4. *Fl. Dan. t.* 192. In paludibus cæſpitoſis ſtercore pecorum conſpurcatis.

1024. *S. vaſculoſum;* umbraculo ampullaceo ſubgloboſo. *Buxb. Cent. II. t.* 1. *f.* 1. Ibidem.

Buxbaumia caule foliisque carens pedunculum habet ex bulbo ortum fibrillis radicalibus prædito. Capitulo calyptra eſt, ſed fugax, & operculum, etiam cilia in orificio capituli, cæterum autem figura habitusque proprius. In univerſum ovatum eſt, ex altero latere longitudinali convexum, ſpadiceo rubrum, corneum, ex altero latere paullum obliquo, planum, viride, tenerius, cæterum autem veſicæ inſtar intra cavitatem ex parte vacuam continet nucleum de more primum pultiformem viridem, maturitate fuſcum pulverulentum.

1025. H. 1728. *Buxbaumia aphylla* L. *Schmiedel. Diſſ. propria. Dill. t.* 68. *f.* 5. *Buxb. II. t.* 4. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 44. In umbroſis humidis, præſertim ad latera collium.

ACG. 1026—1042. *Muſci relativi.* Mnium.

His fructificatio duplex eſt, aliis paucioribus in eadem ſtirpe conjunctim, aliis & quidem plerisque ſeparata in ſtirpibus diverſis. Altera fructificationis ſpecies eſt illa, Muſcis ſolita, conſtans capitulis cum ſuo apparatu: altera conſtat aut *ſtellulis* compoſitis roſularum inſtar parvis in circularem ambitum diſpoſitis foliolis, diſco pleno pulvere ſcobiformi, quaſi rudimento foliorum imperfectorum; aut *ſphærulis* nudis ſine cortice, aliis ſeſſilibus, aliis pedunculatis, compoſitis ſcobe ſimili. Iſta capitulis conſtans ſolita fructificatio Ill. Linnæo *maſculinus* flos dicitur, hæc ſtelluliis aut ſphærulis *femininus*.

Cum ſæpiſſime non detur utramque invenire fructificationem aut eodem loco, aut eodem tempore, cumque de ſtellulis ſphærulisque auctorum obſervationes multum diſſentiant, conſultum nobis, quin opus videtur, bis in cenſum in enumerationibus referre hos muſcos, nempe ſecundum capitula inter reliquos capitulis præditos, & ſecundum ſtellas ſphærulasque ſub hoc moſcorum *diphytorum* titulo ſeu *Mnii* artificiali genere, nam naturalis nomen certe non meretur.

1026. (989. 1179. 1180.) *Mnium pellucidum.* Sphærulæ.
1027. (990. 1177.) *M. fontanum.* Stellulæ.
1028. (991. 1181.) *M. paluſtre.* Stellulæ. Sphærulæ ?
1029. *M. ramoſum.* Hudſ. Sphærulis pedicellatis. *Dill. t.* 31. *f.* 4. In paludoſis.
1030. (992.) *M. androgynum.* Sphærulis pedicellatis.
1031. (996. 1178.) *M hygrometricum.* Stellulæ.
1032. (993. 1142.) *M. purpureum.* Stellulæ.
1033. (994. 1114.) *M. ſetaceum.* Stellulæ.
1034. (995.) *M. cirratum.* Stellulæ.
1035. (997.) *M. annotinum.* Stellulæ.
1036. (998. 1172.) *M. hornum.* Stellulæ.
1037. (999. 1117.) *M. capillare.* Stellulæ.
1038. (1000.) *M. crudum.* Stellulæ.
1039. (1001.) *M. pyriforme.* Stellulæ.
1040. (1020. 1163.) *M. polytrichoides;* Calyptra villoſa; Stellulæ.

1041.

1041. (1002—1005. 1165.) *M. ſerpilliſolium.* Stellulæ.
1042. (1006. 1175.) *M. triquetrum.* Stellulæ.

Mnium trichomanes, fiſſum, Jungermannia vid. n. 470—472.

ACH. 1043—1050. Lycopodium.

His nulla ſunt capitula cum ſolito ſuo apparatu, verum *folliculi polliniferi*, antherarum ſimiles, bivalves, ſeſſiles in axillis foliorum, ſingulares in ſingulis axillis. In nonnullis ſpeciebus ea folia, quæ in axillis ſuis talem folliculum recondunt, a reliquis plantæ foliis nihil differunt, in aliis vero ſpeciebus figura differunt & ſitu imbricato, inſtar ſquamarum in amento, & *ſpicam clavatam* formant in apice caulis aut rami terminalem, hæ porro clavæ in nonnullis ſpeciebus a rami inferiore parte intervallo ſeu proprio quaſi pedunculo ſeparantur.

Porro inter congeneres diſtinguuntur L. *Selaginoides* & L. *Selago*. *Selaginoidi* præter folliculos polliniferos de more in apice rami aut caulis ſitos alia eſt fructificatio paullo inferius ſita, compoſita duobus paribus capſularum ſphæricarum cum rima horizontali ad inſtar granulorum in ſilicibus racemiferis. In *Selagine* conſpicitur fructificationis genus vix id nomen merens, foliis immixtum, folioſa etiam compagine conſtans, analogum ſtellulis muſcorum diphytorum.

a. Spicis folioſis. 1043—1045.
b. Spicis ſquamatis. 1046—1050.
ba. ſeſſilibus. 1046. 1047.
bb. pedunculatis. 1048—1050.
Caule varie ſubdiviſo. 1043. 1045. 1046.
Caule dichotomo. 1044. 1047—1050.

1043. H. 1717. *Lycopodium Selaginoides;* foliis ovato lanceolatis ſerratis confertis. *Dill. t.* 68. *f.* 1. *Hall. t.* 46. *f.* 1. *Fl. Dan. t.* 70. In paſcuis Alpium Norvegiæ.
1044. H. 1716. *L. ſelago;* foliis lineari lanceolatis, patulis confertis octofariis. *Dill. t.* 56. *f.* 1. *Fl. Dan. t.* 104. In Alpibus & ſylvis aceroſis Norvegiæ.

1045.

1045. H. 1721. *L. inundatum;* foliis linearibus incurvis. *Dill. t.* 62. *f.* 7. *Fl. Dan. t.* 336. In inundatis; rarius. In vivario ad Fridrichsruhe, prope piſcinam Saltuarii ædibus adjacentem.

1046. H. 1720. *L. annotinum;* foliis linearibus acutis, ſerratis, patulis, ramis ſarmentaceis annotino articulatis. *Dill. t.* 63. *f.* 9. *Fl. Dan.* 127. In ſylvis aceroſis Norvegiæ.

1047. H. 1719. *L. alpinum;* caulibus compreſſo-tetragonis foliis appreſſis ternis utrinque. *Dill. t.* 58. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 79. In alpibus Norvegiæ.

1048. H. 1718. *L. helveticum; denticulatum;* caule plano, foliis magnitudine diverſis bifariis, ſpicis obſcure petiolatis.
a. helveticum. *Dill. t.* 64. *f.* 2.
b. denticulatum. *Dill. t.* 66. *f.* 1. *A.* In alpibus.

1049. H. 1723. *L. complanatum;* caule plano, foliis appreſſis bifariis. *Dill. t.* 59. *f* 3. *Fl. Dan. t.* 78. In ſylvis aceroſis alpibusque Norvegiæ; paſſim ſed rarius in ericetis Holſatiæ.

1050. H. 1722. *L. clavatum;* foliis linearibus pilo ariſtatis, ramis prolixis. *Dill. t.* 58. *f.* 1. *Fl. Dan. t.* 126. Frequens in ſylvis Norvegiæ & paſſim in ericetis Daniæ.

ACI. 1051—1054. *Sphagnum.* H.

Deſtituuntur & calyptra & ciliis in ora capituli.

1051. (1011.) H. 1724. *Sphagnum;* Ramis teretibus pendulis. b. foliis ramisque tenuioribus & acutioribus, caule longiſſimo. *Dill. t.* 32. *f.* 2.

1052. H. 1725. S. ſeſſile, foliis radialibus obtuſis; centralibus ciliatis. *Dill. t.* 32. *f.* 13. *Hall. t.* 46. *f.* 3. *Müller Fridrichsd.* 854.

1053. (1007.) H. 1726. S. acaulon, foliis ovato lanceolatis, pilo ariſtatis. *Dill. t.* 32. *f.* 11.

1054. (1008.) H. 1727. S. acaulon, foliis ſetaceis.

ACK. 1055—1123. *Hypnum* H.

Pedunculi basin contegit vagina composita foliolis acuminatis imbricatim in conum convergentibus.

In nonnullis speciebus granula quædam conspiciuntur in axillis foliorum.

a. Ramis inordinatis. 1055—1083.

b. Foliis patulis inordinatis. 1084—1087.

c. Caulibus pinnatis, pinnis in eodem plano constitutis. 1088—1094.

d. Ramis pinnatis, foliis distichis. 1095—1102.

e. Hypna Bryodea. 1103—1117.

f. Capsulis sessilibus. 1118—1123.

1055. (919.) H. 1729. *Hypnum* foliis hispidis, ovato lanceolatis, aristatis. *Pestis pratorum emaciatorum ad Boream spectantium.*

1056. (921.) H. 1730. H. foliis ovato lanceolatis patulis striatis breviter aristatis, operculis conicis.

1057. H. 1731. H. foliis ovato lanceolatis acutissimis, operculis aristatis. *Dill. t.* 38. *f.* 30. Vulgaris.

1058. H. 1732. H. foliis patulis subulatis, operculis conicis. *Dill. t.* 39. *f.* 38?

1059. (936.) H. 1733. H. foliis cincinnatis patulis reflexis. *Vaill. t.* 27. *f.* 5.

1060. H. 1734. H. caulibus prostratis, foliis lanceolatis reflexis, operculo conico. *In subalpinis.*

1061. H. 1735. H. caulibus teretibus, foliis cincinnatis, heteromallis. *Dill. t.* 38. *f.* 37. In sylvis & subalpinis.

1062. (933.) H. 1736. H. caule erecto, foliis falcatis, pilo aristatis, operculis conicis.

1063. (932) H. 1737. H. caule compresso, foliis imbricatis falcatis, pilo aristatis.

1064. (937) H. 1738. H. foliis ovato lanceolatis, falcatis, capsulis ovatis.

1065. (935) H. 1739. H. foliis lanceolatis crispis, capsulis erectis, operculo conico.

1066.

1066. (941.) H. 1740. H. ramis teretibus, foliis ovato lanceolatis, pilo ariſtatis, capſulis ovatis pendulis, operculis ariſtatis.

1067. (945.) H. 1741. H. foliis ovato lanceolatis ramis teretibus, ſupremis conicis acuminatis.

1068. H. 1742. H. ramis teretibus, foliis ovato lanceolatis, ſetis prælongis, capſulis craſſis, operculis conicis. *Dill. t.* 40. *f.* 47. *Vaill. t.* 29. *f.* 10. In ſylvis frequens.

1069. (942.) H. 1743. H. ramis teretibus, foliis ovato lanceolatis, ſetis prælongis, capſulis inclinatis ariſtatis.

1070. (943.) H. 1744. H. foliis ovato-lanceolatis concavis, ramis teretibus.

1071. H. 1745. H. foliis ovato lanceolatis, ramis teretibus compreſſis. *Dill. t.* 41. *f.* 50. *Vaill. t.* 28. *f.* 4. Ad arborum cortices.

1072. (944.) H. 1746. H. ramis teretibus, foliis ovato lanceolatis, pilo terminatis, ſetis caulinis brevibus.

1073. (939.) H. 1747. H. caule nudo inclinato, ramis teretibus confertis, capſulis acutis ariſtatis.

1074. (940.) H. 1748. H. caule nudo, confertim ramoſo, ramis inclinatis, capſulis ariſtatis.

1075. (949.) H. 1749. H. caulibus teretibus ramoſis, foliis appreſſis pilo ariſtatis, operculis conicis.

1076. (946.) H. 1750. H. ramis teretibus, foliis pilo præpilatis, capſulis cylindricis erectis ariſtatis.

1077. H. 1751. H. ramis brevibus teretibus, foliis pilo præpilatis, capſulis erectis ariſtatis. *Dill. t.* 39. *f.* 42. Ad arborum radices.

1078. (950.) H. 1752. H. ramis teretibus, foliis pilo præpilatis, capſulis ovatis inclinatis, mucronatis.

1079. H. 1753. H. caulibus teretibus, foliis pilo præpilatis, capſulis oblongis ariſtatis. *Dill. t.* 52. *f.* 60.

1080. (947.) H. 1754. H. ramis teretibus, foliis pilo præpilatis, capſulis ovatis, inclinatis, mucronatis.

1081. H. 1755. H. foliis peranguſtis, pilo terminatis, capſulis inclinatis breviter ariſtatis. *Dill. t.* 42. *f.* 62. Ad radices arborum. cf. 920.

1082. (948.) H. 1756. H. caulibus proſtratis, foliis minimis, pilo terminatis, capſulis cylindricis erectis, mucronatis.

1083.

1083. H. 1757. H. minimum, foliis ovato lanceolatis, capſulis erectis, operculis conicis. *Dill. t.* 43. *f.* 67. Subalpinum.

1084. (927.) H. 1758. H. foliis diſtichis lanceolatis, pilo terminatis, capſulis ovatis inclinatis ariſtatis.

1085. H. 1759. H. foliis ovato lanceolatis, pilo terminatis rariſſimis, ſetis de medio caule erectis. In aquis & locis udis.

1086. H. 1760. H. caulibus fluitantibus prælongis, foliis lanceolatis, capſulis inclinatis. *Dill. t.* 83. *f.* 7.

1087. H. 1761. H. caule fluitante prælongo, foliis raris lanceolatis, adſcendentibus. *Dill. t.* 38 *f.* 33? *Vaill. t.* 28. *f.* 10?

1088. (930.) H. 1762. H. ramis duris teretibus, foliis appreſſis, ovato lanceolatis, pilo ariſtatis.

1089. H. 1763. H. caulibus teretibus clavatis & ſileſcentibus. *Montanum.*

1090. (926.) H. 1764. H. ramis teretibus pinnatis, pinnulis pinnatis, foliis appreſſis.

1091. (924.) H. 1765. H. caule ſubereſto flexuoſo, ramis teretibus pinnatis, pinnulis pinnatis, operculis ariſtatis.

1092. (923.) H. 1766. H. caulibus pinnatis, pinnis diſtantibus, alterne longioribus, ex apice confertis, foliis cincinnatis.

1093. H. 1767. H. ramis pinnatis, pinnis ramoſis, foliis cincinnatis. *Dill. t.* 36. *f.* 22. *Vaill. t.* 27. *f.* 14. In Alpibus. cf. 929.

1094. (928.) H. 1768. H. foliis pinnatis, pinnis ſimplicibus æqualibus, foliis cincinnatis.

1095. (918.) H. 1769. H. caule plano, foliis diſtichis ovatis, tranſverſim undulatis, operculis ariſtatis.

1096. (917.) H. 1770. H. caule plano, foliis diſtichis, obiter rugoſis, nitidis, operculo conico.

1097. (914.) H. 1771. H. caule diſticho, foliis ovatis planis, capſulis ovatis ariſtatis.

1098. (910.) H. 1772. H. foliis laxis pinnatis, ovato lanceolatis, ariſtatis retroverſis.

1099.

1099. H. 1773. H. denticulatum pinnatum, pinnis ſimplicibus rectioribus. *Dill. t.* 34. *f.* 6. cf. 912.

1100. (913.) H. 1774. H. foliis planis, pinnarum paribus quadraginta.

1101. (909.) H. 1775. H. foliis planis, pinnarum paribus duodenis, ſetis radicalibus.

1102. (911.) H. 1776. H. foliis planis, pinnarum paribus ſeptem, ſetis ex ſummitate.

1103. (964.) H. 1777. H. foliis falcatis heteromallis, vaginis multifloris.

1104. H. 1778. H. foliis vagis ſubulatis, pilo terminatis, capſulis cylindricis inclinatis, operculis ariſtatis. *Dill. t.* 46. *f.* 23. In alpibus

1105. H. 1779. H. foliis lanceolatis, falcatis, ſetis alaribus, capſulis ovatis inclinatis. *In alpibus.*

1106. (977.) H. 1780. H. ramis alterne brevioribus, foliis piloſis, petiolis brevibus flexuoſis. *Hall.* 46. *f.* 4.

1107. H. 1781. H. caulibus teretibus, foliis imbricatis lanceolatis, capſulis erectis ovatis, ariſtatis. *Dill. t.* 46. *f.* 26. *Vaill. t.* 27. *f.* 16.

1108. H. 1782. H. caulibus teretibus, foliis pilo ariſtatis, ſetis breviſſimis. *Dill. t.* 47. *f.* 29. Ad ſaxa alpina.

1109. H. 1783. H. cauliculis teretibus, foliis mucronatis, capſulis ventricoſis. *Dill. t.* 47. *f.* 39. *Vaill. t.* 26. *f.* 9. In alpibus.

1110. H. 1784. H. ramis compreſſis, foliis pilo ariſtatis, nitentibus, capſulis erectis, operculis conicis. *Dill. t.* 39. *f.* 37. In alpibus.

1111. (966.) H. 1785. H. caulibus erectis teretibus, foliis imbricatis fragilibus, capſulis inclinatis, ariſtatis.

1112. H. 1786. H. foliis capillaceis congeſtis criſpeſcentibus, capſulis ovato-cylindricis, breviſſime ciliatis. *Dill. t.* 48. *f.* 42. In alpibus.

1113. (971.) H. 1787. H. foliis ſubulatis, cincinnatis, capſulis cylindricis longiſſime ciliatis.

1114. (994.) H. 1788. H. cauliculis teretibus, foliis lanceolatis repandis, capſulis erectis cylindricis ariſtatis.

1115. (962.) H. 1789. H. caulibus erectis, foliis lanceolatis, pilo fluitante terminatis, capſulis erectis, longe roſtratis.

1116.

1116. (985.) H. 1790. H. foliis ovato lanceolatis ariſtatis, patulis, capſulis ovatis pendulis.

1117. (999.) H. 1791. H. foliis ovato lanceolatis ariſtatis, capſulis pendulis ovatis, operculis conicis.

1118. (956.) H. 1792. H. caulibus teretibus ramoſis, foliis ovato lanceolatis, pilo ariſtatis, operculo conico.

1119. (956.) H. 1793. H. caulibus ramoſis, foliis lanceolatis hirſutis, operculis ariſtatis.

1120. (952.) H. 1794. H. foliis complicatis ovato lanceolatis capſulis in alis petiolatis, ovatis.

1121. (953.) H. 1795. H. foliis ovato lanceolatis, carinatis, apicibus capſuliferis.

1122. (954.) H. 1796. H. foliis ovato lanceolatis, pilo terminatis, capſulis per alas ſeſſilibus.

1123. (955.) H. 1797. H. caulibus diſtichis ramoſis, foliis ovatis, tranſverſim undoſis. *Hall. t.* 46. *f.* 2.

ACL. 1124—1160. *Bryum* H.

His deeſt iſta, quæ in Hypnis baſin pedunculi cingit, vagina folioſa.

a. Calyptra villoſa. 1124—1127.

b. Calyptra non villoſa. 1128—1160.

ba. Foliis peranguſtis. 1128—1139.

bb. Foliis latiuſculis. 1140—1147.

bc. Foliis latioribus. 1148—1160.

1124. (957.) H. 1798. *Bryum* ſetis breviſſimis alaribus, calyptris cylindricis villoſiſſimis.

1125. (957.) H. 1799. B. ſetis breviſſimis alaribus, calyptris villoſis conicis.

1126. (1017.) H. 1800. B. foliis ſerratis, capſulis ovatis, baſi turbinatis. *Hall. t.* 46. *f.* 6.

1127. (1018.) H. 1801. B. caule ramoſo, ex alis florigerum, foliis ſerratis, capſulis cylindricis.

1128. H. 1802. B. foliis mollibus ſubulatis, ſetis breviſſimis alaribus capſulis ovatis. *Hall. t.* 46. *f.* 8. In ſylvis alpeſtribus.

1129. (958.) H. 1803. B. foliis ſubulatis, ſetis verticalibus, capſulis ſphæricis. *Hall. t.* 46. *f.* 7.

1130. (969.) H. 1804. B. foliis capillaceis, capſulis cylindricis, operculis ariſtatis.

1131. H. 1805. B. caule ſeſſili, foliis capillaribus, capſulis ovato cylindricis, operculo conico. *Dill. t.* 49. f. 57.

1132. H. 1806. B. caulibus erectis, foliis capillaribus vagis, capſulis cylindricis, operculo conico. *Hall. t.* 45. *f.* 1. In montoſis.

1133. (970.) H. 1807. B. foliis capillaribus heteromallis, capſulis ovatis; operculis ariſtatis.

1134. (988.) H. 1808. B. cauliculis cernuis, foliis capillaribus heteromallis, capſulis curvulis cylindricis, operculis conicis.

1135. (973.) H. 1809. B. foliis capillaribus, capſulis ovatis ariſtatis.

1136. (976.) H. 1810. B. foliis capillaribus, cauliculo ſeſſili, capſulis ovatis ariſtatis.

1137. (978. 979.) H. 1811. B. cauliculis ſubnudis, ramoſis, foliis ſubulatis brevibus, capſulis ovatis.

1138. (981.) H. 1812. B. foliis capillaceis erectis, ſetis longiſſimis, capſulis ſurſum lateſcentibus, operculo breviſſimo.

1139. (988.) H. 1813. B. foliis capillaceis, capitulis pyriformibus pendulis. *Hall. t.* 45. *f.* 7.

1140. H. 1814. B. foliis lanceolatis, imbricatis, capſulis erectis, cylindricis ariſtatis. *Dill. t.* 48. *f.* 41. Ad muros & in graminoſis.

1141. H. 1815. B. foliis ſubulato-lanceolatis, capſula inclinata, operculo conico.

1142. (993.) H. 1816. B. foliis lanceolatis, ſubulatis, capſulis erectis, operculis conicis.

1143. H. 1817. B. foliis lanceolatis imbricatis, capſulis cylindricis ariſtatis. *Dill. t.* 48. *f.* 49. In ſylvis, ad terram; frequens.

1144. H. 1818. B. foliis lanceolatis, laxe imbricatis, capſulis cylindricis obliquis, operculis conicis. *Dill. t.* 49. *f.* 52.

1145. H. 1819. foliis lanceolatis, ariſtatis, ſtellatis, capſulis ovatis ariſtatis refectis. *Dill. t.* 48. *f.* 42?

1146.

1146. (968.) H. 1820. B. foliis imbricatis lanceolatis, ſetis alaribus, capſulis ovatis ariſtatis.

1147. (983.) H. 1821. B. cauliculis teretibus, capſulis ovatis, acuminatis, pendulis.
b. *Dill. t.* 50. *f.* 67.

1148. (984.) H. 1822. B. foliis lanceolatis, pilo terminatis, capſulis pendulis, ovatis ariſtatis.

1149. (965.) H. 1823. B. foliis lanceolatis ſerratis, capſulis cylindricis inclinatis, ariſtatis.

1150. (967.) H. 1824. B. foliis ovato lanceolatis, ariſtatis, reflexis, capſulis ovatis, obliquis.

1151. (963.) H. 1825. B. cauliculis breviſſimis, foliis ovato lanceolatis patulis, pilo terminatis, operculo ariſtato.

1152. H. 1826. B. caule breviſſimo, foliis ovato lanceolatis patulis operculo ariſtatis. *Dill. t.* 45. *f.* 15. *Vaill. t.* 24. *f.* 14. *t.* 25. *f.* 4.

1153. (961.) H. 1827. B. cauliculo breviſſimo, foliis lanceolatis, capſulis & operculis longiſſimis.

1154. H. 1828. B. caule folioſo, capſula cylindrica, ciliata, longe ariſtata. *Dill. t.* 45. *f.* 9.

1155. (960.) H. 1829. B. caule breviſſimo, calyptra cylindrica, longe ariſtata.

1156. (1023.) H. 1830. B. foliis ovato lanceolatis, capſula pyriformi, terminata cylindro.

1157. H. 1831. B. foliis ovato lanceolatis, capſula pyriformi, breviſſime papillata. *Dill. t.* 44. *f.* 4. *Fl. Dan. t.* 192.

1158. (959.) H. 1832. B. caule breviſſimo, foliis ovato lanceolatis, capſulis erectis, ovatis, operculo brevi.

1159. (972.) H. 1833. B. foliis ovato lanceolatis, capſulis erectis, ovatis, ariſtatis.

1160. (986.) H. 1834. B. foliis lanceolatis rarioribus, capſulis ovatis pendulis. *Hall. t.* 45. *f.* 6.

ACM. 1061—1182. *Mnium.* H.

a. Roſulis folioſis. 1161—1178.
b. Sphærulis pedicellatis. 1179—1182.
aa. Calyptra villoſa. 1161—1164.
ab. Calyptra lævi. 1165—1178.

1161. (1014. 1015.) H. 1835. *Mnium* foliis ferratis, capſulis quadrangulis diſco inſidentibus.

1162. (1016) H. 1836. M. foliis ferratis, pilo ariſtatis, capſulis quadrangulis inſidentibus diſco.

1163. (1040.) H. 1837. M. acaulon, foliis ferratis, capſulis cylindricis erectis.

1164. H. 1838. M acaulon capſula cylindrica, foliis integerrimis. *Dill.t.* 55. *f.* 7? *Vaill. t.* 26. *f.* 15.

1165. (1004.) H. 1839. M. foliis ovato lanceolatis congeſtis, patulis, ſetis numeroſis, capſulis ovatis, acuminatis pendulis.

1166. (1002?) H. 1840. M. foliis in ſummo caule congeſtis lanceolatis ferratis, criſpis, capſulis pendulis, ariſtatis.

1167. (1002.) H. 1841. M. foliis ovato lanceolatis ferratis, confertis, capſulis nutantibus obtuſis. *Hall. t.* 45. *f* 5.

1168. (1002.) H. 1842. M. foliis pinnatis, lanceolatis ferratis, capſulis nutantibus ariſtatis. *Hall t.* 46 *f.* 4.

1169. (1002.) H. 1843. M. foliis lanceolatis ariſtatis, in vertice congeſtis, capſulis inclinatis, operculo mammillari. *Dill. t.* 51. *f.* 70. Alpinum.

1170. (1002.) 1844. M. foliis cordatis ellipticis, ſetis aggregatis, capſulis ovatis obtuſis pendulis. *Dill. t.* 52. *f* 76. *Vaill. t.* 24. *f.* 3. Frequens ad ſepes & locis udis.

1171. H. 1845. M. foliis ovatis integerrimis, capſulis pendulis ovatis, ariſtatis. *Dill. t.* 53. *f.* 80. 81. *Vaill. t.* 26. *f.* 5. 18. Frequens.

1172. (998.) H. 1846. M. foliis lanceolatis imbricatis, capſulis pendulis, cylindricis, obtuſis.

1173. H. 1847. M. caulibus rubiginoſis, foliis lanceolatis alternis, capſulis pendulis, pyriformibus obtuſis. *Dill. t.* 51. *f.* 73. In alpibus udis.

1174. H. 1848. M. foliis ovato lanceolatis, imis patulis, ſupremis congeſtis, myoſuroideis.

1175. (1006.) H. 1849. M. caulibus prælongis rubiginoſis, foliis ovato lanceolatis, capſulis ovatis pendulis.

1176. H. 1850. M. foliis cæſpitoſis lanceolatis, ariſtatis, capſula inclinata, cylindrica, ariſtata. *Dill. t.* 52. *f.* 78. In graminoſis; haud frequens.

1177.

1177. (990.) H. 1851. M. caulibus teretibus erectis, ex vertice multifidis. *Fl. Dan. t.* 298.

1178. (996.) H. 1852. M. foliis ovato lanceolatis conniventibus, capsulis ovatis reflexis.

1179. (989) H. 1853. M. caule simplicissimo, foliis ovato lanceolatis, seta fungifera foliosa. *Hall. t.* 45. *f.* 8.

1180. (989? 992?) H. 1854. M. caule simplici, cauliculis rosiferis subnudis.

1181. (991.) H. 1855. M. caulibus rubiginosis bipartitis, foliis mollibus lanceolatis, capsulis cylindricis acuminatis.

1182. H. 1856. M. fluitans prolixum, petiolis alaribus, sphærulis pulveriferis. *Dill. t.* 31. *f.* 4.

Appendix sistens muscos aliquot Floræ Danicæ.

1183. Fl. Dan. t. 478. *Bryum*, foliis striatis, acuminatis, apice reflexis; capitulis sphæricis nutantibus maturitate striatis. *In alpibus Norvegiæ.*

1184. Fl. Dan. t. 215. Novum genus *Lycopodio* & *Fontinali* affine. Cauliculi rubri, simplicissimi erecti, pollicares, cæspitosi, fibrillis radicalibus nigris. Folia ovato lanceolata patentia rara, intervallis in caule nudis notabilibus. Fructificationes sessiles in axillis foliorum, in inferiore caule singulares, in superiore versus apicem plerumque ternæ. Capitula sunt non calyptrata, basi spadicea glabra, apice viridia obsita squamulis foliosis, acutis patentibus. Transversaliter secta apparent plena granulis seu seminibus, opus autem est microscopio valde augente, & lanceola subtili ad sectionem in ungue digiti instituendam. Tactu facile fructificationes decidunt. Cauliculi cum foliis similes sunt Fontinalis *Dill. t.* 33. *f.* 4. situ & magnitudine exceptis. *Passim in Norvegia, locis humidis fabulosis, ad littora fluviorum &c.*

1185. Fl. Dan. t 297. *Polytrichum;* cauliculis ramosis, foliis subulatis lævibus, capitulo ovali, operculo apice uncinato. *In Norvegiæ pascuis alpinis.*

AD. 1186—1225. *Filices.*

His radix eſt & folia ſeu frondes, ſed caulis proprius nullus. Radix craſſa ſolet eſſe & lignoſa. Folia plerisque decompoſita ſunt, antequam explicantur in ſpiram convoluta; pedunculus ſeu ſtipes ipſis eſt ſatis longus, ſubtriquetrus, interne ſulcato carinatus, & plerumque certe in junioribus plantis ſtrigis ſeu ruptæ epidermidis ramentis obſitus; frons foliis & ſtipite compoſita caulis loco eſt ferens fructificationes ex ſtipite venisque, & *Oſmunda regalis* demonſtrat, iſtos a reliqua fronde ſterili ſimul præſente diverſos & fructificationi proprie dicatos ſcapos *Oſmundæ Lunariæ & Ophioglofſi* revera nihil eſſe aliud, quam ſtipites frondoſis ſimiles, ſed nudos aut tantum hinc inde margine folioſo alatos. Præter hæc duo genera, quibus ſunt ſcapi a foliis diverſi fructificationi proprie dicati, notandæ etiam ſunt *Filices heterophyllæ*, quibus frondes ſunt aliæ *fructiferæ*, eæque in medio faſciculi quem frondes efficere ſolent infundibuliformis, aliæ *ſteriles* ambitum occupantes. In reliquis generibus indiſcriminatim omnia Folia fructeſcunt.

Fructificatio non eſt omnibus eadem. In plerisque generibus ADC—ADG. efflorescens in frondis ſuperficie inferiore componitur pulvere, nunc in cumulos diſcretos orbiculares digeſto, nunc in lineas vario modo diſpoſitas, nunc totum folii aut laciniarum diſcum occupante & in multis ſpeciebus quadantenus tecto ruptæ & elevatæ epidermidis fruſtulis. Microſcopio ſubjectus iſte pulvis offert globulos continentes intra pertenuem cruſtam alia minima granula. In plurimis

plurimis ſpeciebus globulorum circulum maximum ambit annulus moniliformis. In *racemiferis* ipſe nudus oculus diſtinguit ſingulos globulos, rima horizontali notatos, qua maturi finduntur. In *Ophioglosſo* fructificationes compreſſæ diſponuntur articulatim ſerie diſticha, articulis a ſe invicem non diſcedentibus, cum rima in quolibet articulo.

Omnis hæc fructificatio etiamnum ſatis obſcura eſt, nam etſi plus quam veroſimile ſit, pulverem iſtum in globulis & capſulis latentem ſemen eſſe, minime tamen liquet, utrum etiam in hac claſſe diverſus ſexus obtineat, atque partes analogæ ſtaminum & ſtylorum adſint, nec ne. Quid ſi in illis ſpeciebus, de quibus modo diximus, globulos annulo cingi, annuli hujus ſphærulæ antherarum loco fuerint, globuli granula ſemina ſint, imprægnatio ipſo eo momento contingat, quo fracta ab annulo claſtico globuli cruſta rumpitur? & quidſi in reliquis, quæ annulo iſto carent, prolificum pollen una cum ſemine in globulo aut capſula inveniretur contentum?

Scapis vel foliis fructificantibus propriis diſtinctis. 1186—1191.

Foliis omnibus fructificantibus. 1192—1229.

ADA. 1186. *Ophioglosſum.*

Apex ſcapi profert fructificationes diſtiche ſecundum rachin diſpoſitas, ſemiorbiculatas, planas, ſimiles taleolorum e cylindri dimidiati ſectionibus tranſverſalibus oriundorum, preſſe ſibi invicem articulatim impoſitorum. Taleoli hi ſeu articuli ſpicæ tranſverſaliter fiſſiles polline replentur.

1186. *Ophioglosſum vulgatum L.*, H. 1685. fronde ovata, ſcapo fructificanti inſidente. *Plum. fil. XXXVI. t. B. f. 5. Fl. Dan. t. 147.* Paſſim in Daniæ pratis udis; frequens in inſula *Giöholm* ad *Gavnæ* Siællandiæ.

ADB. 1187. 1188. *Filices racemiferæ.* Osmundæ partim. L.

Fructificationes constant globulis, quos nudus oculus singulos discernit, cum rima horizontali, dispositos racematim, quasi per paria in pedunculis decomposito-ramosis.

1187. *Osmunda Lunaria L.*, H. 1686. scapo caulino solitario, fronde solitaria. *Fl. Dan. t.* 18.
- a. Vulgaris, fronde simpliciter pinnata, pinnis lunatis.
- b. Varietates, fronde decomposita. *Breyn. Cent. t.* 93. 95. *Fl. Dan. l. c.*

In graminosis collium & montium. Frequens in Norvegia, rarior in Dania: in montibus calcareis *Steffens* & *Mœns Klint* dictis; varietates autem in Norvegia.

1188. *Osmunda regalis L.*, frondibus ex eadem radice pluribus, bipinnatis, quibusdam apice racemiferis. *Plum. f. XXXV. t. B. f.* 4. *Fl. Dan. t.* 217. In paludibus sylvaticis Daniæ; ad *Holckenhavn* Fioniæ; in lacu *Borresæ* Insulæ Bornholm.

ADC. 1189. 1190. *Filices heterophyllæ.* Osmundæ L. species aliquot.

His frondes sunt aliæ fructificantes, aliæ steriles. Fructificatio pulverulenta granulis, quæ nudus oculus non discernit.

Naturale quidem dici vix meretur hoc genus, cujus species cæterum fructificatione differunt, ea sola in re consentientes, quod folia ipsis sint duplicis generis.

1189. *Osmunda struthiopteris L.*, frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, scapo fructificante districho, undique pulverulento. *Amman. Act. Petrop. T. X. t.* 18. *Fl. Dan. t.* 169. Haud infrequens in sylvis Norvegiæ, ad scaturugines & torrentes sylvaticos umbrosos.

1190. *Osmunda spicant* L. *struthiopteris* H. 1687; frondibus lanceolatis pinnatifidis, laciniis confluentibus integerrimis

mis parallelis, fructificationum lineis ad margines longitudinalibus. *Fl. Dan. t.* 99. Frequens in ſylvis Norvegiæ, & paſſim in Dania & Holſatia.

Oſmunda criſpa. vid. 1198.

ADD. 1191. *Acroſtichum.*

Huic tota frondis inferior ſuperficies fructeſcit, pulvere ſeminali undique ſine intervallis contecta.

1191. *Acroſtichum ſeptentrionale L.*, H. 1714; frondibus nudis linearibus laciniatis. *Fl. Dan. t.* 60. *Elem. t.* 13. *f.* 137. Frequens in fiſſuris rupium Norvegiæ.

A. *Ilvenſe* vid. 1202. A. *Thelypteris* vid. 1203. *Oſmunda ſtruthiopteris* vid. 1189. huc quoque poſſent referri.

ADE. 1192—1198. *Aſplenium.* L.

Fructificationes diſpoſitæ in lineas ſtriasque diſci ad ejus mediam axin obliquas.

1192. *Aſplenium ſcolopendrium L.*, H. 1695; frondibus ſimplicibus cordato lingulatis integerrimis, ſtipitibus hirſutis. *Blakw. t.* 138. *Plum. fil. t. A. f.* 4. In nemoroſis rupeſtribus, inter ſaxa; ad *Dronninggaard* Siællandiæ creſcere refert *Kylling*, attamen nec ibidem (Müll. Fridrichsd. 836.) nec alio loco poſtea inventum eſt.

1193. *A. trichomanes L*, H. 1693; frondibus pinnatis, pinnis ſubrotundis crenatis. *Fl. Dan. t.* 119. Frequens in fiſſuris rupium Norvegiæ, rarius in Dania inter ſaxa.

1194. * *A. ramoſum* L., *viride* Hudſ., H. 1693. cui varietas præcedentis dicitur; fronde pinnata, pinnis orbiculatis, baſi truncatis. *In humidis.*

1195. * *A. marinum;* frondibus pinnatis, pinnis obovatis, ſerratis, ſuperne gibbis obtuſis, baſi cuneatis. *Moriſ. III. ſ.* 24. *t.* 3. *f.* 25. In rupibus maritimis.

1196. *A. Adiantum nigrum L.*, H. 1692; frondibus ſubtripinnatis; foliolis alternis, pinnis lanceolatis inciſo ſerratis.

Fl. Dan. t. 250. In fiſſuris rupium ad littus orientale Inſulæ Bornholm.

1197. *A. ruta muraria L.*, H. 1691; fronde decompoſita laxa, ramis ſecundis trifoliis, ſuperioribus ſemitrilobis, rhomboideis, circumferratis. *Fl. Dan. t.* 190. Frequens in fiſſuris rupium Norvegiæ.

1198. *Oſmunda criſpa L.*, H. 1689; frondibus duplicato pinnatis, foliolis ſterilibus orbiculatis dentatis, floralibus oblongis, marginibus involutis, ſiliquæ æmulis. *Pluckn. t.* 3. *f.* 2. In *Walders* Norvegiæ, ad rupium latera auſtro oppoſita.

Folia ut in *Ruta muraria*, at fructificatio videtur eſſe *Adianthi.*

ADF. 1199. Pteris.

Fructificationes in lineis margines frondis ſequentibus.

1199. *Pteris aquilina L.*, H. 1688; foliis triplicato pinnatis, pinnis nervoſis integerrimis, ultimis lanceolatis. *Plum. fil. XXIII. t.* 5. *f.* 1. Frequens in ericetis ſylvisque aridis.

ADG. 1200—1225. *Polypodium.*

Fructificationes congeſtæ in acervulos diſcretos nec confluentes, orbiculares aut reniformes, diſpoſitos per totam folii ſuperficiem, attamen certis quaſi ſeriebus, initio ante maturitatem tectos ſcutellis disruptæ epidermidis rotundis aut reniformibus.

a. Fronde pinnatifida lobis coadunatis. 1200. 1201.

b. Fronde ſemel vel pluries proprie pinnata, pinnis pinnulisque in eodem fere plano diſpoſitis. 1202—1216.

ba. Pinnularum margine lævi. 1202—1206.

bb. Pinnularum margine ſerrato vel aculeato. 1207—1216.

c. Frondibus ſparſe ramoſis, nec proprie pinnatis. 1217—1222.

1200.

1200. *Polypodium vulgare L.*, H. 1696; pinnis lanceolatis, radice ſquamata. *Plum. fil. t. A. f.* 2. In rimis rupium.

1201. * *P. cambricum;* pinnis lanceolatis laccro pinnatifidis ſerratis. *Pluckn t.* 30. *f.* 1. *Morif. III. f.* 14. *t.* 2. *f.* 8. Ad rupes.

1202. *Acroſtichum ilvenſe L.*, frondibus ſubbipinnatis, pinnis oppoſito coadunatis obtuſis ſubtus hirſutis, baſi integerrimis. *Fl. Dan. t.* 391. Ad rupes Norvegiæ paſſim; e. g. ad *Kongsberg* & alibi.

1203. *Acr. Thelypteris L.*, H. 1697; frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis integerrimis. *Pluckn. t.* 179. *f.* 3. In pratis depreſſis; ad *Ordrup;* ad *Silleröd.*

1204. *Polypodium phegopteris L.*, H. 1698. frondibus ſubbipinnatis, pinnis primis cum nervo confluentibus, pinnulis ovatis hirſutis. *Amman. Petrop. X. t.* 21. Paſſim in ſylvis Daniæ.

1205. *P. Dryopteris L.*, H. 1699; fronde ſupradecompoſita, foliis ternis bipinnatis, pinnulis ovatis obtuſis crenatis. *Morif. III. f.* 14. *t.* 4. *f.* 19. Frequens in ſylvis.

1206. * H. 1700; fronde ſupradecompoſita, pinnulis ſubtus hirſutis obtuſis. *Pluck. t.* 180. *f.* 6.

1207. * *P. fragrans;* frondibus lanceolatis, foliolis confertis, lobis obtuſis ſerratis, ſtipite paleaceo. *Amman. ruth.* 251. In humidis rupium rimis.

1208. *P. filix mas. L.*, H. 1701; frondibus bipinnatis, pinnis obtuſis crenulatis, ſtipite paleaceo. *Gunn. Fl. Norv. t.* 1. *f.* 4. In ſylvis ubique & ad ſepes.

1209. * H. 1702. P. pinnis paucis ſemipinnatis, breviſſimis, acute ſerratis. *Segu. Ver. Suppl. t.* 1. *f.* 2.

1210. (1223.) H. 1703. P. pinnis pinnatis, pinnulis ovatis, obtuſis, dentatis, dentibus imis bifidis. *Vaill. t.* 9. *f.* 4. *Morif. f.* 14. *t.* 3. *f.* 8. *Segu. Ver. Suppl. t.* 1. *f.* 1. *Müller Fridrichsd. t.* 2. *f.* 3. In ſylvis.

1211. (1222?) *P. filix femina L.*, H. 1704; pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis, ſemipinnatis, lobis acute biſectis. *Plukn. t.* 180. *f.* 4. *Morif. III. f.* 14. *t.* 3. *f.* 11. *Müll. Fridrichsd. t.* 2. *f.* 2. *Judice Ill. Hallero.* In ſylvis.

1212.

1212. (1213?) *P. criſtatum L.*, frondibus ſubbipinnatis, foliolis ovato oblongis, pinnis obtuſiuſculis, apice acute ſerratis. *Morif. III. ſ.* 14. *t.* 3. *f.* 11? *Pluckn. t.* 181. *f.* 2. In ſylvis.

1213. (1212? 1225.) H. 1705. P. pinnulis pinnatis, lobis ſemipinnatis, dentatis, ariſtatis. *Pluckn. t.* 181. *f.* 2. *Mapp. Alſ.* 104. *f.* 8. *Amm. Petrop. X. t.* 23. *Müll. Fridrichsd. t.* 2. *f.* 4. In ſylvis.

1214. P. Lonchitis L., H. 1711. foliis pinnatis, pinnis dentatis, ciliatis, appendiculatis. *Tourneſ. I. R. H. t.* 314. *Gunn. Act. Nidroſ. IV. t.* In Norvegia, Norlandia & Finmarkia. *Gunn. Fl. Norv.* 49.

1215. * *P. aculeatum L.*, H. 1712 c; frondibus bipinnatis, pinnulis lunulatis, dentatis, ciliatis. *Plukn. t.* 180. *f.* 1. *Morif. III. ſ.* 14. *t.* 3. *f.* 15. In ſylvis umbroſis.

1216. * *P. lobatum Hudſ.* H. 1712. a; fronde bipinnata, pinnis lanceolato ovatis dentato ciliatis, ſuperne baſi lobatis, ſtipite ſtrigoſo. *Plukn. t.* 180. *f.* 3. In umbroſis.

1217. * *P. fontanum L.*, H. 1706; duriuſculum, pinnulis ſubrotundis bidentatis & tridentatis, ſtipite lævi. *Plukn. t.* 89. *f.* 2. 3. In fiſſuris rupium & ad muros vetuſtos.

1218. P. fragile L., regium? H. 1707; pinnis pinnatis, pinnulis ſemipinnatis, lobulis ſubrotundis dentatis. *Fl. Dan. t.* 401. In rimis rupium Norvegiæ & Bornholmiæ.

1219. * P. rhæticum; frondibus bipinnatis, foliolis pinnisque remotis lanceolatis, ſerraturis acuminatis. *J. Bauh. III.* 740. In rupibus alpinis.

1220. * H. 1710. P. triplicato pinnatum, pinnulis tertiis ſemipinnatis, lobulis bifidis. *Plukn. t.* 89. *f.* 4. *J. Bauh. III.* 740. In alpibus, locis umbroſis.

1221. * H. 1708. P. pinnis pinnatis, laxe diviſis, pinnulis ſemipinnatis acutis. *Ad rupes alpinas.*

1222. * H. 1709. P. pinnis pinnarum pinnatis, laxiſſime diviſis, lobulis obtuſis dentatis. *Segu. Veron. Suppl. t.* 1. *f.* 3. In alpibus.

1223. (1211.) *Müll. Fridrichsd. n.* 841. P. frondibus bipinnatifidis, foliolis ovato oblongis, pinnis ovatis, inciſis, laciniis apice acute ſerratis. *t.* 2. *f.* 2. In paludoſis.

1224.

1224. (1210) *Müll. Fridricksd.* 844. P. frondibus bipinnatis, foliolis lanceolatis, pinnulis ovatis, laciniatis, obtuſe ſerratis. *t.* 2. *f.* 3. In nemore.

1225. (1213.) *Müll. Fridricksd.* 845. P. frondibus ſubtripinnatis, pinnis oblongis, ſubpinnatis, pinnulis utrinque ſerratis. *t.* 2. *f.* 4. In ſylva.

ADH. 1226. 1227. *Adiantum.*

Fructificationes in acervulis diſcretis ſub frondis margine revoluto.

1226. * *Adiantum capillus veneris L.*, H. 1713. petiolis ramoſis, foliis flabelliformibus (Hall.) cuneiformibus (Linn.) lobatis, pedicellatis. *In humidis rupium.*

1227. * *A. trapeziforme L.*, frondibus ſupradecompoſitis, foliolis alternis, pinnis rhombeis inciſis utrinque fructificantibus. *Plum. fil. t.* 95.

Oſmunda criſpa 1198. *Oſmunda ſpicant* 1190. huc etiam poſſent referri.

ADI. 1228. 1229. *Trichomanes.*

Fructificationes ſingulares e marginibus frondis, ſphærularum forma, cum inſidente filamento, ſtyli æmulo.

1228. * *Trichomanes pyxidiferum L.*, frondibus ſubbipinnatis, pinnis alternis confertis lobatis linearibus. *Plum. fil. t.* 50. *Ray. Syn. III. t.* 3. *f.* 3. 4. *Petiv. Pterol. t.* 13. *f.* 13. In ſaxis & rupibus ſemper humidis.

1229. * *T. tunbrigenſe L*, frondibus pinnatis, pinnis oblongis dichotomis decurrentibus dentatis. *Pluk. t.* 3. *f.* 5. 6. In rimpis rupium humidarum.

AE. 1230—1239. *Appendix generum anomalorum.*

AEA. 1230. * *Salvinia* Mich. *Marsilea natans* L.

Planta in superficie aquæ natans, caulibus teretibus repentibus pilosis, foliis oppositis breviter petiolatis, funiculo radicali ad singula genicula seu foliorum par brevi, truncato sed capillato fasciculo fibrillarum rectarum ad instar caudæ equinæ. Folia tota dense obsita sunt papillis pilosis, pilis quaternis in singulis papillis, quos pilos Michelius flores esse putat. In medio capillamento ex funiculi quem diximus apice oritur capsula pilosa unilocularis minuta semine repleta, nunc singularis nunc duplex nunc triplex. *Mich. Gen.* 107. *t.* 158.

In fossis paludosis stagnantibus vel lente fluentibus. Hæc plantula, quippe Pomeraniæ incola, forte etiam in provinciis nostris germanicis inveniri posset.

AEB. 1231. *Pilularia.*

Planta caule repente geniculato, proferente ex quolibet geniculo inferne fibras radicales, superne folia subulata, ab initio spiralia. Inter hæc folia in quolibet geniculo capsula nascitur sessilis globosa, extus tomentosa, intus quadrilocularis, loculis repletis farina seu polline humido luteo, in quo nidulantur semina aliquot alba gigartina. An ista farina analoga fuerit pollinis masculini antherarum? *Vaill. t.* 15. *f.* 6. *Juss. Act. Paris.* 1739. *t.* 11. *Dill. t.* 79. *Fl. Dan. t.* 223.

Frequens in insula *Bornholm*, in lacubus *Ölene-* & *Hammershuus Söe;* in Siællandia inter *Lyngby* & *Fridrichsdal*, ad littus boreale lacus; at semper in inundatis graminosis.

AEC.

AEC. 1232. *Calamaria* Dill. *Isoëtes* L.

Plantæ acaules congeſtæ in denſos faſciculos, longis fibris radicalibus capillatæ, foliis ſubulatis junciformibus, ſubſtantiæ celluloſæ diaphragmatibus tranſparentibus. Fructificatio immerſa baſi dilatatæ foliorum, extus capſulæ inſtar ſtria futuræ ſimili diſtincta, intus tamen nullo diſſepimento, fœta ſeminibus granuloſis, numeroſis. *Dill. t.* 80. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 191.

In fundis arenoſis lacuum; paſſim in Norvegia, plerumque Lobeliæ Dortmannæ aſſociata; e. g. in *Norder Hough*, in lacu templo adjacente.

AED. 1233—1239. *Equiſetum.*

Caulis compoſitus articulis, articulorum vaginis multifidis veſtitus, ramoſus e geniculis calamis ſimilibus verticillatis, ipſis etiam interdum iterato ramoſis. Fructificationes in apice caulis aut calamorum, collectæ in ſpicam ſeu clavam, compoſitæ peltis angulatis (ſex angularibus?) in brevibus recta patentibus pedunculis, ſub quibus peltis latent 5—8. cylindricæ verſus axin clavæ convergentes capſulæ pulvere plenæ, quem maturiores difflant. Si hic pulvis pollinis maſculini loco habendus eſt, tum fructificatio feminina adhuc nos fugit, neque quidquam ejus ſimile hactenus repertum eſt.

a. Caule florigero a folioſo diſtincto. 1233. 1234.

b. Floribus in ſtirpe folioſa prodeuntibus. 1235—1239.

1233. *Equiſetum fluviatile* L., H. 1675. caule ſterili verticillato, radiorum quadraginta H., caule ſtriato frondibus ſubſimplicibus L., *Ad ripas lacuum, fluviorum.*

1234. *E. arvenſe* L, H. 1676; caule ſterili verticillato, radiorum duodecim. *In agris aquoſis & ad foſſas.*

1235. 1236. *E. paluſtre. E. limoſum* L, H. 1677; caule ſulcato, ramis multifloris, foliis indiviſis.

a. *E.*

a. *E. paluſtre;* caule tenuiore, ſulcis 4—5; *terreſtre.* H. caule angulato, frondibus ſimplicibus. L.

b. *E. limoſum;* caule craſſo, ſulcis numeroſis; *aquaticum.* H. caule ſubnudo lævi. L.

1237. * H. 1678. E. caule ſulcato ſubnudo, vaginis ariſtatis.

1238. *E. hyemale L.*, H. 1679; caule ſubnudo, aſperrimo, vaginis caulinis indiviſis, ramis foliatis. H. caule nudo ſcabro, baſi ſubramoſo. L. *In aqueſis.*

1239. *E. ſylvaticum L.*, H. 1680. foliis repetito ramoſis, vaginis laxiſſimis. *In ſylvis paludoſis, locisque umbroſis.*

Finis Claſſis Cryptantherarum.

B. Monoco-

New York Botanical Garden Library
QK514.D4 O32
Oeder, Georg Christ/Enumeratio plantarum
gen
3 5185 00007 7253